an̄. ℈. j. ſal gēme. ℥. j. zinzib. ℥. miſce et
cū electua. indi quantū ſufficit ad incor
porandū formētur pille vii. pro. ʒ. Iſta
rum aſſūat. ℈. ii. in aurora ſeruatis mōis
dſcriptis ŝ. ī aſſūptiōe miorātiui p̄terꝙ
in termino quīqꝫ horaꝝ poſt iparū pilla
rum aſſūptionē aſſūat pro lauacino unuȝ
ciatum aq̄ ordei excorticati calide ſine
zucaro. deinde poſt unā horam prandeat
ut ŝ. has uero pillas taliter aſſumat poſt
completā aſſumptionē digeſtiui ſcti.
Pille de yera pigra de q̄bꝰ fit mentio in
recepta ſcta. ℞ ſpēꝝ yere pigre galieni
p̄t. j. aloes ſucotrini electus. partes. ii.
miſ et cū ſiru. de ſticados quātum ſuffi
cit ad incorporandum fiat magdaleon ꝑ
pillis formādis. Iſte pille ponātur in ſo
lutiuo eradicatiuo ŝto mō et ordine ibi
poſito. Solutiuū et eradicatiuū. ℞ ye
raꝝ hermetis diacolognt̄idos an̄. ʒ. j.
agarici. ℈. j. ſalis gēme zinzib. an̄. ℥. j.
aq̄rum ſaluie maiorane an̄ quantum ſuffi
cit. miſce et fiat potio. Si uero ſolutiuū
inmediate āteſcriptū permutare uoluerit
aut potius affectat potionē ꝙ pillas tūc
iſtam potionem aſſumat cum modis ſu-
perius ſcriptis in aſſūptione ſolutiui ſu
perioris eradicatiui. Diuerſiuum effica
cius inmediate. ℞ folioꝝ blitis mercuri
alis an̄. m. j. ſticados ſaluie maiorane an̄
m. j. ß. centauree minoris. m. j. corticuȝ
agarici ligatoꝝ in petia linea. ʒ. iii. ſiſele
os. ℥. ß. uitellū oui numero. uno. caſſie
fi. ℥. ß. yerepigre zucari ru. an̄. ℥. ß. oleꝝ
lilioꝝ alborum. ℥. iiii. ſalis cōis. ʒ. ʒ. her-
be cortices agarici buliātur ſimꝉ in ſuffi
cienti quātitate aq̄ fluuiali quantū ſufficꝉ
ꝓ enemata uꝉ enematibus deinde optie
exp̄mantur et colētur ultio. ℥. xii. dicte
colature reliqua omnia addātur et fiat
cliſtere. Si uero indiget diuerſiuo ef-
ficaciori inmediate tūc iſto enemate ute
tur ſtō ieiuno et ꝓprie in mane cum ne-
ceſſitas ad hoc īpellit. Euātiuū et ꝓ-
prie a ſtō. Uomitus fiat cuȝ uomitiuo de
ſcripto in recepta inmediate infraſta ſtō
repleto cibariis diuerſaꝝ formaꝝ et uir
tutum vȝ. ipſis cibis uiſcoſis aliis uero
inciſiuis ſubtiliatiuis et aliis abſterſiuis
ōnibus his cōmixtis in dicto prādio hūc
uero uomitiuū dicta hora ſibi ꝓuocet tūc
aſſūendo uomitiuū tepidum īmediate in
fraſtum vȝ. ℞ decoctionis raffani radi
cū aneti et roſarum adminꝰ. ℥. viii. aceti
acuti multū. ℥. j. ß. oleꝝ ſiſamini aut ſal-
tem oliuaꝝ acuti guſt̄ et fetidi aut ſaltē

nō ſuauis odoris. ℥. iii. ipa decoctio p̄mo
colet̄ deīde ōnia ſimul miſce. Iſtam deco
ctionē uomitiuā aſſumat tepidā in modū
lactis dū mulgetur ab ubere et non cali
dum nec frigidū ſemel in menſe p unam
horā ad minꝰ et non āplius p unam ho-
ram cū dimidia poſt prandium et iſto uo
mitu utatur ſingulo menſe ſeꝉ et eo talꝛ̄
uti incipiat p unū menſem poſt aſſumpti
onem ſolutiui eradicatiui ſcti. Si uero
uult efficacius medicamē tūc in dicta ra
dice imponat elebori albi. ℈. ß. q̄ ſola q̄-
titas ēt ſit diuiſa et poſita in pꝉibus pti
bus ipſius radicis et taliꝛ̄ infuſa horarū
q̄ttuordecim remaneat deinde ex ipſa et
aliis ſctis fiat decoctio etc̄. ultimo fiat
potio ut hic ante. Alio uomitiuo utatur
ut ŝ. ſi uult habere uomitiuuȝ efficacius
ſcto. Caputpurgiū p nares attrahēdū
℞ aq̄ maiorane. ℥. ii. ſuci folioꝝ blitis. ℥
j. nucis muſcate. ℥. v. zucari candi pul
uerizati. ʒ. j. ß. pulue. puluerizan. deinde
ſimul miſce huius liquoris ſeu caputpur
gii tepidi in modū lactis dū mulgetur ab
ubere attrahat aliq̄tulum per nares āte
prandium ſtō ieiuno per unā horaȝ tribꝰ
diebus tantum in una ebdomada ſinguli
menſis p̄terꝙ tempore eſtatis ultima pt̄
ueris et p̄ma pte autūni et eo ſimliꝛ̄ uti
incipiat 8 die poſt aſſūptionem ſolutiui
ſcti eradicatiui. Et eodem mō utatur ca
putpurgiis p nares attrahendis infraſcꝛ̄
Si uero uult medicamen efficaciꝰ tūc
loco dicti zucari ponat mellis tantundē
Si iteꝝ uult hoc medicamē efficacius
tūc loco ſuci foliorum blitis ponat ſuci
radicū blitis tantundem. Si uero uult
medicamē iteꝝ efficacius tūc addat ſcto
medicamini māna. Si iteꝝ uult medi-
camen efficacius tunc addatur pulueris
yreos. ʒ. ß. miſce caputpurgiū maſticato
rium. ℞ maſticis albi lucidi turis electi
an̄. ℥. iiii. miſce. Si uero uult medicamē
ꝑmutare tunc de hac mixtura q̄titatem
ad libituȝ maſticet ſpacio uniꝰ q̄rte hore
ſtomaco ieiuno mane p duas horas ante
p̄randiū aduīꝰ ſeꝉ in ſpacio xii. dierūm
hoc uero maſticatio dicta in caſū noſtro ē
utilis niſi timeatur deſcēſꝰ catarri ad pe
ctus q̄a tūc ex tali maſticatione augere-
tur ī quo caſu dimittatur. Si uero medi
camen cōgruit efficacius tūc dictis maſti
ci et turi addatur nigelle. ℥. v. cubebaꝝ
℥. ii. terbentine. ʒ. j. mellis. ʒ. iii. cere ci
trine noue q̄tū ſufficit ad incorporandū
miſce et fiant pille pue. Iſtas pillas ma
ſticet ut hic inmediate ŝ. Si uero uult
medicamē ꝑori efficacius tunc ipi addat
radicū piretri pōderis. ℥. 8. puluerizanda
puluerizentur deinde omnia ſiꝉ miſce et
maſticet ut ŝ. Caputpurgium garga-
riſma ℞ oximellis ſimplicis aq̄ maiora
ne an̄. ʒ. ii. cubebaꝝ. ʒ. j. miſce. Si uero
medicamen leuiꝰ caputpurgio inmediate
ſcto ꝑmutare uult q̄ mutatio multotiēs
ē neceſſaria ſecundū cano. medicīales tūc
cū liquore hoc dbite calido gargarizet ali
quantuluȝ in mane ſtō ieiuno p duas ho
ras āte prandium ſaltē ſeꝉ in toto ſpacio
xv. dieꝝ p̄terꝙ tempore calido. hec ue-
ro mutatio in caſu nr̄o eſt utilis niſi ti
meatur deſcenſus catarri ad pectꝰ ut hic
inmediate ŝ. Si uero uult medicamen
aliq̄liter efficacius ꝑori inmediate tunc
ipſi medicamini addat aque yſopi. ʒ. j.
pulueris nigelle. ʒ. ß. miſce. Si uero uꝉt
iteꝝ medicamen efficacius ꝑori tūc amo
ueat dictuȝ oximel ſimplex et loco ipiꝰ
ponat oximel ſq̄litici. Caputpurgiū
ſternutatoriū efficax ſatis. Prouocetur
ſternutatio cum modico pipis attracti p
nares Iſtius pipis attrahat eger ſolū tā
tam q̄titatem per nares ex q̄nta quanti
tate ipe ſternutet x. uel xii. uicibus adā
plius ſtō ieiuno in mane per duas horas
ante prandiū ſeꝉ in decem diebus p̄terꝙ
tempore calido et eo ſternutatorio taliꝛ̄
utatur. xx. die inmediate poſt aſſūptionē
ſolutiui eradicatiui ſcti. Si uero uult
medicamē efficacius ꝑori inmediate tūc
ipi addat radices piretri. ℥. ii. Dige
ſtiuum uſuale et uirtuti familiare. ℞ aq̄

cap pugiu

ſaluie .ʒ.ſ.ſ.maiorane pſori añ.ʒ.ſ.ab
ſinthii.ʒ.ſ.nigelle.ʒ.ſ.zucari albiſſimi
ʒ.ſ.miſce. Iſtud digeſtiuum aſſuat ut ſ.
et eo taliter utatur trib9 diebus in tota
li ſpacio ſingulorum .ſo.dierum ſcil' preterq̄
tempore eſtatis ultima pte ueris et pma
parte autūpni ipſoq; digeſtiuo taliter uti
incipiat per unū menſez cum dicto poſt
aſſumptionem ſolutiui eradicatiui ſcri.
Solutiuū uſuale et facile. ℞ pillularum
alefanginarum de yera ſimplici agarici añ
℈.ſ.ſaliſgēme zinzib.g.ſ. Miſce et cum
ſiru.de ſticados q̄tum ſufficit ad incorpo
randū fformentur pille vii.pro.ʒ. Iſtarum
pillarum aſſumat a duob9 uſq; ad q̄ttuor
ad libitum in aurora uel in mane.cuz ſur
git uel āte cenam p unam horam ſed me
lius in aurora.has uero pillas taliter aſſu
mat q̄rta die poſt aſſūptionē in trib9 die
bus digeſtiui imediate ſcri. Cerebri
confortatiuum. ℞ cubebarum nigelle tore
facte cardamoi cubebe ſolū contundātur
groſſo mō et nigella ſolū torefiat. Ultio
ōnia ſil' miſce et in ſindone alba ſubtili
et rara ligētur. Iſtam mixturā ſcitaz vz
ex nigella etc̄. portet in manu ſtomaco
ieiuno in mane ſepe odorando duob9 die
bus in ebdomada preterq̄ tempore calido
hac uero mixtura taliter uti incipiat x.
die poſt aſſūptionem ſolutiui eradicatiui
ſcri. Cerebri confortatiui ut hic āte
Aſſumat fumū thurarum et ipſuz a longe re
cipiat ita q̄ tota ipſa camera ipſo fumo
thurarum tunc fūigetur mediocriter. hoc fu
migio taliter utatur ſaltem ſemel in q̄li
bet ebdomada cū uadit dormitum de ma
ne cum ſurgit preterq̄ temporibus calidis
et eo fumigio taliter uti incipiat poſt aſ
ſumptionem ſolutiui eradicatiui ſcri. Si
uero uult fumigiū efficacius confortatiū
tunc dictū fumigiū fiat cū aubus cipri et
ſalunibazarer ligno aloes ad libitū. Ce-
rebri confortatiuum et cordis. ℞ tiriace
debite fermentati.ʒ.ſ.ſ.aq̄ ſaluie.ʒ.ii.
miſce. Iſtam mixturā aſſumat poſt cenā
immediate pcedentem ipſaz aſſūptionem

p x horas et poſt ipſius aſſūptionez ſtet
ieiunus horis 7 et interī dormiat ad libi
tum ſed tamen non āplius duab9 horis
et ea mixtura taliter utatur ſingulo mē
ſe ſemel preterq̄ tēpore calido ipſoq; tali
ter uti incipiat die immediate ſequēti di
em aſſūptionis ſolutiui eradicatiui ſupi9
Cerebri cōfortatiuū ut hic āte. Si
uero medicamen pmutare uult tūc aſſu-
metridati.ʒ.ſ.aque ſaluie.ʒ.ſ.ſ.ſeruā-
tis modis deſcriptis in aſſūptiōe tyriace
Cerebri confortatiuū crebri9 uſuale.
℞ acori nutriti ſecundū cano.ʒ.iiii. Iſtū
acorum aſſūat in mane cum ſurgit ad libi-
tum in ſingula ebdomada ſel' et poſt ipi9
aſſūptionem ſtet ieiunus horis tribus ad
min9 et eo acoro taliter utatur quocun
q; tēpore āni preterq̄ tempore magni cau
matis ipoq; uti incipiat die iſ.poſt aſſū
ptōz ſoluti eradicati ſcri. Cerebri cōforta
tiuū ut hic ſ. ℞ dyacori.ʒ.iii. Si uo
uult medicamē aliq̄l' efficaci9 pori imme
diate tē aſſūat diacorum immediate ſcrū et
eo taliter utat' ut dictū ē de acoro Un
ctio uirtutis nālis et pprie nuce et mē-
brorum et pprie uirtutis aīalis cōforta-
tiua et ipius mēbri calefactiua et reſolu
tiua eiuſdē. ℞ olei liliorum alborum.ʒ.ii.ſpi
ce camcille añ.ʒ.ſ.ſpērum diamuſci.ʒ.ſ.
miſce. Ex hac unctione debite calida un
gatur nuca et ſpōdiles colli et toti9 dor
ſi ſaltē ſel' in die ſtomaco ieiuno et ſaltē
in mane cum ſurgit pus habito uētris be
neficio aut ſaltem tētato haberi et ea un
ctione taliter ungatur admin9 ſel' in ſin-
gula ebdomada ſolū tēpore frigido.
Unctio alia uirtutis etc̄.ut ſ.efficacior
pori inmediate. ℞ oleorum nuc indice de
coſto añ.ʒ.ſ.ſ.oleorum de maſtice lilio
rum alborum añ.ʒ.ſ.diambre.ʒ.ſ.dya-
muſci dulcis.ʒ.ii. miſce. Si uero
uult medicamen pori efficacius tunc un
gatur hac unctione ut de alia dictum eſt
Et ſi adhuc uellet medicamen efficacius
ſcris tūc ſcte medicine imediate addatur
caſtorei.ʒ.iii. Cerebri confortatiuuz

et digeſtiuū et aliq̄liter ſolutiuū. ℞ ye
re ſimplicis cpoſite ſecundū receptā ſcra
ſcriptā.ʒ.iii.pipis.℈.ſ.miſce. Iſtud ſolu
tiuum aſſūat in aurora in ſpacio ſingulo
40.dierum ſemel in tēpore tamen frigido
ſeruatis ōnibus deſcriptis in aſſūptione
ſolutiui eradicati ſupioris. Pille de yera
ſimplici de q̄bus fit mētio in recepta in
mediate ſcta. ℞ pillularuz de yera ſimpli
ci pt.ſ.mellis electi q̄tum pro electua.
ſufficit miſce et fiat electuariū. Cere
bri confortatiuum et mē digeſtiuum. ℞
zinzib.conditi ſeu in conſerua.ʒ.ii. Iſtud
zinzib.ſine potu aſſūat i mane cū ſurgit
ſaltem ſel' in ſingula ebdomada et tantuz
tempore frigido et poſt ipius aſſūptionē
ſtet ieiunus horis tribus admin9. Ce
rebri cōfortatiuū. ℞ ſpērū dyamuſci dul
cis.ʒ.ii. Aromatici.ro.deſcriptōe gabrie
lis.ʒ.ſ.zucari albiſſimi.ʒ.vi.miſce et cū
aquarum ſaluie et abſinthii q̄tū ſufficit ad
cōficiendū.fiat conf.ſolida in morſellis
ʒ.ʒ.pro quolibet. Iſtius cōfectionis aſſu
mat unū morſellū ſine potu in mane tri
bus diebus alternis in una tantum ebdo
mada ſinguli mēſis preterq̄ tēpore calido
et iſta confectione taliter utatur die.x.
poſt aſſūptionem ſolutiui eradicatiui ſcri
Solutiuū aliud uſuale et uirtuti fa
miliare. ℞ pillarum aſſayaret.℈.ii. aga
rici.℈.ſ.ſalis gēme zinzib. añ.g.ſ.miſ
et cū ſirupi de ſticados q̄tum ſufficit ad
incorporandū formētur pille 7.pro.ʒ.
Iſtarum pillarum aſſūat a duab9 uſque
ad quattuor ad libitū in ſero tantū cum
uadit dormitū ſiue ipe cenauerit ſiue nō
et eis taliter utatur ſingulo menſe ſemel
preterq̄ tempore calido et magni frigoris
ipſiſq; pillis talit' uti incipiat p unū mē
ſem poſt aſſūptionem ſolutiui eradicatiui
ſcri Confortatiuū cerebri et ſtomaci
℞ turis maſticis añ pōderis.g.iiii.miſ
Iſtam mixturā degluciat ut pillas i ma
ne cū ſurgit ſolū in ſpacio iſ.dieruz ſel'
preterq̄ temporibus calidis et ea mixtura
taliter uti incipiat per.xxv.dies poſt aſ

ſumptionē ſolutiui eradicatiui ſcri. Ce
rebri cordis et ſtomaci cōfortatiuuz. ℞
ſpērum dyambre.ʒ.ii.lignialoes.ʒ.ſ.ſ.
nucis muſcate macis añ.℈.ſ.zucari albiſ
ſimi.ʒ.vii.miſce et cum aquarum ſaluie et
meliſſe añ q̄tum ſufficit fiat confe.ut ſ.
Si uero uult confe efficac' tūc ſcta aut
uellet pmutare tunc hac confe. utatur
ut dictum ē de confectiōe dyamuſti ſcri
Confortatiuum ut hic ante inmedia-
te. ℞ trociſc.de abſinthio.℈.ſ. ſticados
maiorane saluie añ.ʒ.ſ.galie muſca.℈.ſ
ligni aloes electi.ʒ.ſ.mente ſicce.℈.ſ.
zinzib.ʒ.ſ.coraloru ru.℈.ii. pul. omnia
ſubtiliter deinde ſimil' miſce et cum ſiru.
de ſticados quātum ſufficit ad incorporā
dum reformētur pille vii.pro.ʒ. Si
uero dictas confect.pmutare uelit tunc
iſtarum pillarum aſſumat a duab9 uſq; ad
tres ad libitū in mane cum ſurgit etc̄.ut
ſupra in cōfectionib9 dictum ē. Nota
q̄ iſtarum daurum medicinarum inmediate de
ſcde ſimplicium uirenti familiariū pxio
rum ſequentiū inferius uſq; ad finē ipi9
morbi ſeruatis modis ſup infraſcriptis ca
nonibus uſus iparum medicinarum etc̄.ſim
plicium. Cerebri uiſus ſtomaci et epa
tis confortatiui. ℞ mirabolanī kebulū
conditū.ſ. Iſtū mirabolanum aſſumat in
aurora uel mane cū ſurgit ſingulo menſe
ſel' quocunq; tempore anni et eo taliter
uti incipiat quarta die tantum poſt factū
pmum uomitū. Cerebri neruoruz ſto
maci confortatiuum uſuale tantū aſſuen
dum factis aliq̄bus purgationib9 uālib9
ſumptis. ℞ ſaluie uiridis.m.ſ.ſ.mellis
electi quantū ſufficit pro ellectu.ſpērum
diamuſci dulcis.ʒ.ii.saluia tantū minutiz
inciſa.mel uero buliat pus leuiſſima bu-
litione et diſpuētur deinde saluia cū ipo
melle tanto pus leuiter bulito ſimul am
bo buliant leui ebulitione ſil' cum spatu
la ſepiſſime ferrea uel lignea ipa pmiſcē
do et poſtea ipo toto depoſito ab igne et
tamen tepeſcenti et non calido dicte
ſpēs addātur et cū ſpatula ōnia ſimul in

corporetur. Ultimo totum recōdatur in uaſe terreo uitreato et obturetur et ſi e ſtas adeſt ad ſolem dimittatur tribus aut quattuor dieb9 ad libitū cuius electua. aſſumat. ʒ. ʒ. in mane cū ſurgit di. b9 du obus in ſingula ebdomada ſingulo menſe ſcꝫ tantū tempore frigido et poſt ipſ9 aſſumptionē ſtet ieiunus admin9 trib9 horis et hoc ellectuario non utatur niſi poſt decimūq̄rtum diem et factis aliqb9 purgationib9 utō. Medicine ſimplices. Grana pini iuuant et ſic prope a quibus unctuoſitas extracta ē ſecundū canonē ipſa unctuoſitas ſtomacū ledat. Cerebrum leporis iuuat et eſt ꝓprium. Aſſa piper origanū zinziber yſopus cappares brodium ciceꝝ rubeorum factū ſecundū cano. ad hoc. Quā ex medicinis inmediate ſc̄tis aſſumat vꝫ. mō unam mō aliam ad libitū in mane cū ſurgit ſaltē ſemel i q̄lib3 ebdomada. Ydromel ſeu aq̄ mī dſ ſecundū receptā inmediate infraſcriptam iuuat aſſūpta ſaltē plurics in potu et in cibo in cena et prādio vꝫ. ℞ aq̄ fluuialis clare et bone pt̄. 8. Mellis electi pt̄. j. Miſce deinde ſil' bulliāt ad lentū ignē uſq3 ad conſūptionē tertie pt̄is aq̄ continue ipſam decoctionē diſpumando et poſtea ab igne deponatur. Ultimo coletur et tūc erit ſiplex melioratū. Oximel ſen aqua mellis compoſita ſecundū receptā inmdiate infraſcriptam et potus optim9 aliquotiens ſūptus. ℞ aq̄ mellis ſimplicis īmediate ſc̄te lbꝛ. ʒ. ſaluie uiridis et ē meli9 aut ſaltē ſicce ſi uiridis hr̄i nō poteſt m. ſ. maiorane uiridis aut ſaltē ſicce. m. j. Dicte herbe incidātur minutiꝫ deinde aq̄ ſimul mixta bulliant ad lentuꝫ ignem uſq3 ad conſumptionē quarte p̄tis ultio colentur. Uinū antiquū aliqualiter uinoſum ſed nō calidum uinoſi aſſumptuꝫ tantum in declinatiōe morbi et tantuꝫ ipſū uinū in parua q̄titate aſſūptuꝫ iuuat vꝫ aſſumptū ab. ʒ. viii. uſq3 ad. ij. alias. xij. adāplius uno bolo panis ſemp p9 cōeſto et poſtea imediate dicto uino habito deinde infirm9 non aliud aſſumat uſque ad horas tres admin9. Uinū mixtum ſumptū ſumere nocet ſcd̄ parte potet et eſt proprium nam uinū ſumme nocet oc'lis et neruis. Potus ſit exiccatiuus. patiatur ſitim et famē Uitet aq̄m uitet potū ſup cibum uitet ſōpnuꝫ ſup cibum.

Embrocatio fiat cum aq̄ ſulfurea factis debitis digeſtionib9 et eūonibus plurib9 Fricatio fiat cuꝫ eadē aq̄ ſulfurea ut hic ante de embrocatione. Exercitio utatur ut hic āte et ꝓprie ſtō ieiuno. Forte ſolutiuū non detur ſaltē in ꝓncipio uſque ad q̄rtum diē ab inſtanti iniciāte morbū et meli9 nec ēt uſq3 ad 7. qn̄ymo uſq3 ad dcimūquartum diē ſecundū aliquos utō Paulatiē digeratur mā et paulatie cuacuetur. Nota q̄ nullo ꝑmum ex ſc̄to debite infirm9 ipſe non cōualeſcit tunc nō ulterius medicinis cūatis ut talib9 utaē Alie uero ſunt ul' ad hoc uel ad ſc̄tum caūm medicine efficaciores et uirtuti magis moleſte et medicis ōnibus ſc̄tis vꝫ ſpēs gūmi anacardus cologntida rubificatoria turbit ueſicatoria ſpēs felliū cauteria et ſimilia uirtuti ualde moleſta q̄ ga ualde moleſta hic ſerioſe nō deſcribo ſperans ex ōtis medicis ōnibus lenioribus et uirtuti magis familiaribus dicti morbi curam exeq ſecurius et cū minori moleſtia infirmi.

❡ Contra panū conſeq̄uentē obtalmiam obtalmia ipſa deleta.

Molitiuū et panum ipm̄ delente. ℞ ſanguis columbe extracti a uena q̄ ē ſub ala ſiniſtra p flobotoiam iſto ſanguie eger iponi faciat in oculū ſuum octo diebus continuis ꝑmis ſaltem q̄ter in die deinde tranſactis octo diebus trāſeat ad infraſc̄ta. Panum ipm̄ delens utō inmediate. ℞ sucoꝝ feniculi. ʒ. ſ. Uerbene celidonie rut' aā. ʒ. j. roſarum. ʒ. j. ſ. anthimonii. ℈. j. coraloꝝ ru. ℈. ſ. croci. ℥. j. zucari candi. ʒ. j. pul. pul. et fiat colirium. Utatur iſto poſt. x. diē poſt ꝯpletū uſum inmediate ōti et hoc tepido nō frigido nec calido et ſaltē ſcꝫ in die duas aut tres guttas imponēdo panū ipm̄ delens fortius ꝑori. ℞ sucoꝝ abſinthii. ʒ. ſ. feniculi. ʒ. j. Radicis acori pulueriʒate. ʒ. ſ. baſiliconis. ℈. ſ. anthimonii. ℈ j. Aloes ſuccutrini. ʒ. ſ. mellis electi. ʒ. ſ. pul. pul. deinde omnia ſil' miſce utō. Si uero uoluerit medicamen efficacius ꝑori tunc de illo ponat duas guttas uel tres tepidas ut ō inmediate de ōto. Panum ipm̄ delens utō inmediate. ℞ sucorum ebani. ʒ. j. epatis capre. ʒ. ſ. litii. ℈ j. margaritaꝝ ſaltē medie pfect. ℈. ſ. olibani. ℥. v. aloes ſuccutrini electi. ℈. ſ. coraloꝝ ru. ℥. viii. mellis electi. ʒ. j. pul pul. ut ō. et fiat colirium et utatur utō inmediate. Panū ipm̄ delens utō. ℞ sucorum feniculi. ʒ. j. abſinthii. ʒ. ſ. fel' pdicis. ʒ. ii. oſtracoꝝ cum carne ſua combuſtorum. ℈. j. margaritarum. ℈. ſ. coraloꝝ ru. litii anthimonii aā. ℥. vii. uitri uſti. ℈ j. zucari candi. ʒ. j. pul. pul. ſeorſū ſecundum cano. et fiat colirium. et applicetur ut inmediate ſi uult ꝑmutare. Panum ipſum delens ut inmediate. ℞ suci feniculi. ʒ. j. fellis pdicis. ʒ. ſ. margaritarū ℈. j. uitri uſti. ʒ. ſ. abſinthii. ℈. ſ. anthimoni. ℈. j. marchaſite ſarcacolle aā. ℈. ſ aloes ſucturini. ℈. j. mellis electi. ʒ. ſ. Miſce et fiat coliriū utō. et utatur utō Si uero timet iterū futurā obtalmiam tunc ōtis ōnib9 medicinis addatur quīta pars aggregati aque ro. non muſcate.

❡ Cōtra Cataractam non confirmatā.

Solutiuum minoratiuū mēi flegmatice ātecedentis caūe ipſius. ℞ pil'larum de hyera pigra gal'i cōpoſitarum ſecundum receptā infraſc̄tam. ʒ. ſ. agarici. ℈. ſ. zinzib. ℥. ii. agaricus in fruſtra diuiſus infūdatur in oximel' ſimplicis q̄tum ſuffic deinde ōnia ſil' miſce et fiant pil'le. v. Hoc ſolutiuū aſſumat cū ordine ſolutiorum minoratiuoꝝ et hoc ꝑterq̄ tēporibus exceſſiuis. pil'le de hyera de qbus ō ℞ ſpēꝝ electu. hyere gal'i pt̄. j. aloes ſuccutrini pt̄. ii. suci feniculi q̄tum ſufficit ad ōnia debite incorporandū p pil'lis confi. miſce et fiat magdaleon et utatur utō. Digeſtiuum etc̄. ℞ ſirupi de ſticados. ʒ. j. oximellis ſqlitici. ʒ. ſ. aq̄ruꝫ feniculi. ʒ. ii. eufragie. ʒ. j. miſce et aſſumat ſicut aſſumūtur digeſtiua. Solutiuū erradicatiuum. ℞ pil'larum de yera ōtarum pil'larum chociaꝝ agarici electi aā. ℈. j. zinzib. ℥. ii. agaricus inciſus infunditur in oximellis ſqlitici q̄tū ſufficit et fiant pil'le vii. et aſſumat mō eradicantium. Digeſtiuū uſuale. ℞ aq̄ꝝ maiorane. ʒ. j. ſ. rute. ʒ. i. feniculi eufragie. ʒ. ſ. nucis muſcate. ℈. i. pulueris zucari. ʒ. i. miſce et aſſūat modo digeſtiuoꝝ. Solutiuū uſuale et facile. ℞ pil'larum de yera pigra gal'i ōtarum agarici zinziberis aā. ℈. i. agaricus inciſus et infundr̄ in oximel' ſqlitici q̄titate ſufficienti deinde miſce et fiat potō aſſūat poſt digeſtiuū. Euacuatiuum et diuerſiuū ℞ pipis longi. ʒ. i. nucis muſcate. ℈. ſ. maiorane. ℈. i. maſticis. ʒ. i. fiāt pil'le groſſe miſce et maſticet' ſtō ieiuno ſaltē per mediā horam duobus diebus in ſingula ebdomada ꝑterq̄ tempore calido.

Euacuatiuuꝫ et diuerſiuum utō. ℞ piretri. ℈. ii. ſeminū feniculi. ℈. ſ. nucis muſcate. ℈. j. maſticis. ʒ. i. miſce et fiāt pil'le groſſe utō. et maſticetur. Odoret ſanſucum. i. maioranā uiridem. Subtiliatiuum et reſolutiuū abſterſiuū uirtuti fal'liare. ℞ suci feniculi. ʒ. i. mellis apum electi. ʒ. ii. miſce et fiat coliriū. hoc colirio utatur poſt eūones ōtas et hoc ꝑter q̄ tēpor' magni caumatis Et iſte eſt modus. ponatur in oculū q̄ttuor uel qnq3 ui cib9 i die ſtō ieiuno. ſ. mane bis et ſero duabus uel tribus actu frigido uel tepido etc̄. Aliud utō conf. ℞ capitis yrūdinis aduſti. ʒ. ſ. mellis apium electi ℈. i. urine infantis non poluti. ʒ. i. miſce et fiat colirium ut ō. Aliud et efficacius. ℞ olei balſamini q̄tuꝫ ſufficit pro

colirio. Aliud ut ſ. efficacius. ℞ fell' teſtudinis nemoralis. ʒ. ii. ſuci feniculi. ʒ iii. mellis apũ. ℈. i. miſce et fiat coliriũ. Aliud utſ. ℞ g̃norum lauri excorticatorum. ʒ. i. gũmi arabici. g̃. i. urine pueri nõ poluti. ℥. i. miſce ut ſ. Aliud ut ſ. ℞ ſerapini. ℈. i. mellis apum. ʒ. i. aq̃ rute. ℥ ſ. miſce et ut ſ. Aliud ut ſ. ℞ fell' yrci. ʒ. ſ. ſerapini. ℈. ſ. mellis apum. ʒ. ſ. ſuci feniculi. ℥. ſ. miſce ut ſ et eſt ꝓpriũ. Aliud ut ſ. ℞ g̃norum lauri excorticatorum. ʒ. ſ. fellis yrci exiccati in uaſe eneo p dies. xii. ʒ. ſ. ſerapini. ℈. ſ. gũmi arabici. g̃. ii. mellis apum. ℈. ii. ſuci celidonie. ʒ. ſ. urine pueri nõ poluti. ℥. ii. miſce ut ſ. Aliud ut ſ. ℞ fellis yrci exicati ut ſ. ʒ. i. pulpe cologntide. ℈. ſ. ſerapini g̃. vi. aq̃rũ feniculi rute añ. ℥. ſ. miſce ut ſupra. Aliud ut ſ. ℞ ſerapini. ℈. i. aſſe fetide. ℈. ſ. elebori albi. g̃. v. mellis apum ℥. ſ. miſce utſ. Aliud ut ſ. ℞ elebori albi. g̃. v. pipis. ℈. ſ. armoniaci. g̃. vii. ſuci rafani. ℥. ſ. miſce et fiat colirium.

Contra fetorez oris.

Solutiuũ minoratiuũ. ℞ caſſie fi. ℥. ſ. reubarbari electi. ʒ. i. ſpice. ℈. ſ. aque yſopi. ℥. i. ſeri caprini q̃tum ſufficit p potiõe miſce et fiat potio. Pill'e ſolutiue faciles. ℞ pill'aruz de yera ſimplici. ℈. ii. Reubarbari. ℈. i. ſpice. ℈. ſ. miſce et cum ſirupo de abſinthio q̃tũ ſufficit ad incorporandũ fiant pill'e 7. pro. ʒ. Si ſtum ſolutiuũ ſit faſtidioſum guſtui aſſuat has pill'as in aurora cũ modis etc̃ et ſunt magis ap ꝓpriat. Sirupus digeſtiuus. ℞ ſiruporũ de abſinthio. de biſanciis añ ℥. ſ. aq̃rum feniculi betonice añ. ℥. ſ. ſ. miſce. Iſtum ſiru. aſſumat calidum in aurora. v. diebus continuis deĩde dormiat ad libitum ſed ſtet ieiunus q̃ttuor horis poſt aſſumptionẽ quez aſſumere incipiat tertia die poſt aſſũptionem ſolutiui alicuius ex ſtis. Sirupus alius. ℞ ſirupi de calaměto. ℈. ſ. oximellis ſimplicis ℥. i. aquaꝝ abſinthii capil. ueneris añ. ℥. ſ. aſſumat iſtũ ſirupũ locõ ſti ſi placz magis. Solutiuum erradicatiuum. ℞ caſſie. fiſtule. ʒ. ſ. reub rbari electi turbith añ. ʒ. ſ. aq̃ꝝ abſinthi yſopi q̃tũ ſufficit pro potione miſce et fiat potio. Iſtud ſolutiuũ aſſumat tertia die poſt cõpletã aſſumptionẽ ſti et hoc cum modis ut ſ in anteriore. Solutiuum aliud erradicatiuũ. ℞ pill'arum de yera ſiplici ʒ. ſ. reubarbari electi agarici añ. ℈. ſ. ſalis gẽme. g̃. ſ. miſce cum ſirupo de abſinthio. ℞ pill'e vii. pro. ʒ. Iſtud ſolutiuũ aſſumat loco ſti ſi ſibi magis placet et ſic eſt ẽt ſibi ꝓprium. Caputpurgiũ ℞ aq̃ maiorane. ℥. iii. ſucci blitis. ℥. ii. mirre nucis muſcate añ. ʒ. ſ. Miſce de iſto liquore calido attrahat per nares q̃nquies uel ſexcies ſtomaco ieiuno ante prandiũ et ante cenam et ante prandiuz melius per horam unam alternis diebus omni menſe ſex diebus. Maſticatorium. ℞ maſticis. ʒ. ſ. turis. ʒ. ſ. mentaſtri radicuz yreos añ. ℈. ſ. nucis muſcate. ℈. ſ. cere q̃tũ ſufficit ad incorporãdũ reformẽtur pill'e q̃titate auelanaꝝ. unã ex his maſticet ſtõ ieiuno per horã unã ante cenam uel prandium et p̃cipue ãte prandiũ alternis diebus et diebus q̃bus non ſumit caputpurgiũ diebus vi. in mẽſe utſ de caputpurgio. quod maſticet per quartam aut octauã hore et nihil d̃gluciat quo uti incipiat per menſẽ poſt inceptiones ſti caputpurgii. Gargariſma ℞ aque mellis. ℥. ʒ. maiorane mentaſtri añ. ʒ. ſ. radicum yreos mirre añ. ℈. ſ. nucis muſcate. ℈. ſ. miſce et buliant ſimul ad lentũ ignem uſq3 ad conſũptionẽ t̃tie ptis et ſeruetur de iſto liquore calido gargarizet q̃ttuor uicibꝫ ĩ mẽſe itermiſſis ſtomaco ieiuno ſed ſemp utatur per menſez caputpurgio maſticatorio ſuperiꝰ deſcripto deinde utatur iſto gargariſmate ut ſ q̃ttuor diebus q̃bus nõ utitur gargariſmate et caputpurgio. Unguentũ ℞ olei uiolati. ℥. ſ. Butiri ſrecẽtis. ℥. ſ. cere albiſſime q̃tũ ſufficit pro unguẽto



molli fiat ũguẽtũ. Iſtõ unguento ungat ſibi nares ad intra in ſero cum uadit dormitũ ut cruſte ſeu eſcare q̃ ſunt ad intra cadãt ſeu exſoluãtur. Medicine confortantes cor et cerebrum. ℞ zucari roſati. ℥. ſ. macis xiloaloes añ. ℈. ſ. maſticis. ʒ. ſ. miſce. Iſtius conf. aſſuat. ii. ʒ. in mane cũ ſurgit deinde poſt ipſius aſſumptionem ſtet ieiunus. Item q̃cunq3 hora fetore inualeſcente ſiue ſtõ ieiuno ſiũ non aſſuat. ʒ. ſ. Confortatiua ſtomaci. Trifera confortatiua. ℞ mirabolanorum k bulorum embl icoꝝ beliricorũ añ. ʒ. ii. õnium aſpſorum oleo roſato et aq̃ deinde exiccatoꝝ in umbra ſecunduz cano. magr̃alem roſarum ſiccarum. ʒ. ſ. radicum cipi. ℈. ii. extremitatũ mirti uiridium ligni aloes ſpice maſticis añ. ʒ. ſ cinamomi zinzib. croci cardamoĩ melegete nucis muſcate añ. ℈. ſ. ambre crude. ʒ ſ. muſci. g̃. ſ. Confice cũ melle paſſularum et fiãt pill'e 4. pro. ʒ. Iſtiꝰ trifere aſſuat. ʒ. ii. ter in ebdomada ſtomaco ieiuno ut ſ in electua. ãte ſcripto quam aſſumat ut ãte ipſo non ſumente electuariũ Confortãtia ſtomacuz utſ. ℞ trociſ de abſinthio. ʒ. ſ. de reubarbaro. ʒ. ſ. ſpẽrum dyamuſci. ℈. ſ. miſce et cuz mina citonioꝝ ut ſufficit fiant pill'e vii. pro. ʒ. De iſtis pill'is aſſumat tres in mane ſel' in ebdomada cũ ordinibꝫ utſ in electua. ℞ trociſ. dyarodon deſcriptione meſ galie muſcate añ. ʒ. ſ. ſirupi de abſinthio q̃tum ſufficit fiant pill'e vii. pro. ʒ. Iſtis pill'is utatur ut inmediate ãte ipſo non ſumente inmediate dictas. ℞ ſuci mente ℥. ii. pulueris aniſoꝝ. ℈. ſ. maſticis. ʒ. ſ. pulueris mentaſtri. ℈. ſ. miſce. de iſto liquore aſſumat. ℥. ſ. ſemel in ebdomada diebus q̃bus non aſſũpſerit alias medicinas in aurora. ℞ maſticis lucidi et clari ℈. ſ. degluciat ſemel in ebdomada iſtius maſtic. ℈. ſ. utſ inmediate in p̃dicto liquore. Remouentia fetorem. Semẽ leuiſtici maſticatũ mane et ſero ſtomaco ieiuno aut q̃cunq3 hora inualeſcente fetore inuat. Semẽn apii maſticatũ ut ante ualet utſ. ſed ipſũ ꝓs torrefiat et aſſet et utatur eo ut inmediate et eſt ꝓprium ad hoc. Nux muſcata maſticata utſ et deglutita ad. ℈. ſ. p uice ualet utſ. Maſtix maſticat ut ante ualet ſicut nux. Remouentia fetorẽ utſ. ℞ nucũ cupiſſi ℈. ſ. ſeminum iunipi. ʒ. i. miſce et cũ paſſulis puis et nigris incorporẽtur et formentur pill'e vii. pro. ʒ. De iſtis pill'is aſſumat ſel' in ebdomada ut ãte in pill'is inmediate. Lignũ aloes maſticatum d̃ eo maſticetur ad libitũ. Folium ſimiliter ut ligni aloes. Electuarium de pſicis d̃ ſcriptione meſ diſtinctione p̃ma antidotarii aſſumat. ʒ. i. in ebdomada ter in mane cum ſurgit et eſt ꝓprium ad hoc. Electuariũ de                ꝙ confice codẽ modo ex eiſdẽ ſpẽbus ut de electuario de pſicis et eo utatur ut ante de pſicis. ℞ trociſ. de cipis. ℈. ii. de ligno aloes. ℈. ſ. Cum melle paſſulaꝝ fiant pill'e vii. pro ʒ. de iſtis utatur ut de pill'is ante dictis ℞ pill'arum de gariof. anic. fen. vi. cap. pe. de fetore oris. ℞ gariofoloꝝ galange añ. ʒ. ſ. muſci camphore añ. g̃. ſ. piretri. ʒ. ſ. aloes. ʒ. iii. ſinapis. ʒ. i. fiãt pill'e vii. pro. ʒ. cũ ſirupo de ſticados. Utatur his pill'is ut inmediate ante ẽ dictum et eſt ꝓprium. ℞ cubebarum. ℈. ſ. maſticis ʒ. ſ. nucis muſcate xiloaloes añ. ʒ. ſ. turis. ℈. ii. cum aq̃ maiorane ut ſufficit fiant pill'e vii. pro. ʒ. et utatur utſ. Utatur phiſticis ſeu piſtachis non trãſeundo viii. ℥. in die. Utatur aqua mellis et proprie gargariſmatibꝫ cuiꝰ cõpoſitionis modus eſt. ℞ mell' albi pt̃. ſ. aque ſimplic pt̃ viii. Buliant ad lentũ ignem ad conſumptionẽ t̃tie ptis aque et abiecta ſpuma coletur p pãnuz et ſeruetur. Utatur ea in forma gargariſmi ad libitum.

Pill'e. ℞ folii. ℈. ſ. maſticis. ʒ. ſ. nucis muſcate. ℈. ſ. maiorane. ʒ. ſ. formentur pill'e cũ ſirupo de ſticados utſ et utatur eis ut de aliis dictũ ẽ. ℞ ſpice. ʒ. ſ. gal' muſcate. ℈. ii. gariofoloꝝ. ℈. ſ. nuc̃ muſc̃

ʒ.ß.roſarum.℈.ii.mirre.ʒ.ſ. muſci.g.ſ.
Buliant in uino odorifero non mino fu
moſo ad conſūptionem q̄rte ptis. ℞ de
puluere ex ſ̄ctis medicinis et inſuffletur
Nota q̄ his medicinis ſ̄ctis nō utatur ō
ni die ſed tantū intermiſſis diebus.ſ.u-
na die ſic aſſuat aliquam p̄dictarum et alia
die nihil aſſumat p̄terq̄ ſirupos aſſuen-
do quos aſſuat continuatim et nō utatur
niſi unica medicina ſingulo die qa procli
uis ē ad fluxū ſanguinis nariū nō utatur
medicinis ō̄tis et precipue acutioribus
ex ipis niſi conſilio medici periti.

Contra Reuma a cerebro ad maxillas
ſeu contra Branchum quod idem eſt.
Cum uio ſaluiato coluat ſibi os ſtomaco
ieiuno et ꝓprie in mane et hoc ſemel in
ebdomada et nō calido tēpore et ſit ipſ
uinū ſaluiatū ex uino nigro medie uino
ſitatis ſecundū hunc modū infraſcriptum
℞ faluie.m.i.ſticados.m.ß.mell' electi
ʒ.ii.pulueris nucis muſcate.ʒ.i.uini ni-
gri ut̄s.lbr.ii.saluia et ſticados minutim
inciſa Buliant in dicto uino uſq̄ ad con
ſumptionē q̄rte ptis deinde mel addatur
et totū buliat ad conſūptionem ſecunde
q̄rte totius ꝑmi uini et ita ad conſūptio
nem t̄cie unius uini remanentis pul.ad
datur. miſce et uſui ſerua. Aliud for
tius.℞ cinamomi electi.℥.i.maſticis.℥.
ß.galie muſcat' cubebarum aā.ʒ.ii.ſeminū
iuniperi.℥.iii.radicum cipi.℥.i.ß.foliorum
roſmarini.℥.vi.Contundātur ōnia groſ
ſo modo exceptis foliis roſmarini q̄ mi-
nutim incidātur ultio buliāt in uino ut̄s
ad conſūptionē tertie ptis et coluat ut̄s
Aliud efficacius. ℞ tiriaca debite
fermentate.ʒ.ii.ſpērum dyamuſci dul.℈
ſ.miſce et fiat fricatorium.℞ ut ſupra.

Prō Magnifico Marchione domino
Carulo de Gonzaga contra Apoſtemata
gutturis.ſ.amigdalarum etc̄. a flegmate ſb
tili.ſ.ex flegmate et colera cōmixtis q̄
apoſtemata aliq̄ndo ueniūt aliquādo rece
dūnt pīodica.
Eductiuum mērum cōmuniū et cli
ſtere.℞ ordei excorticati Brodii carni
um pinguium ſeu pulli caſſie fi.olei cōis
uitellū oui pulueris zuchari ſalis cōis or
deum buliat in brodio uſq̄ ad debitā cō
ſumptionem deinde ℞ huius decoctionis
℥.xviii. et reliq̄ ōnia addātur et fiat cli
ſtere et applicetur ſecundū cano. Potio
ut̄s et aliq̄liter appriata.℞ caſſie fi.pl'
parum ſebeſten aq̄ ordei canonice factarum
ut infra q̄tum ſufficit pro extractione
caſſie et debita p̄paratiōe pulparum ſebe-
ſten et p potiōe. miſce et fiat potio et
detur in aurora etc̄.et ſtet ieiunus q̄tu
or horis poſtq̄ dormiet per horā deinde
cōedat non aſſuendo lauatiuū pro fercu
lo poſt cōedat blites cū boragine coctas
in ꝑma aqua ebulitionis iparum et car-
nes laudabiles aqua ordei canoica ꝺ qua
ſupra.℞ ordei excorticati pt.i.aq̄ fluui
alis pt.xx. miſce et buliant uſq̄ ad con
ſumptionem q̄rte partis. Euacuatiuū
in ꝑncipio a toto humorum et fiat flobotoīa
baſilice obſeruatis regulis et luna exiſtē
te in gemini nec ipſa in coniūctione nec
in oppoſitione nec in aliquo malo aſpe-
ctu Euatiuum ꝓprium capitis. Fiat
flobotomia cephalice ſiniſtre manus ꝺ q̄
extrahētur.℥.iii.ſanguis uel v.per x.di
es poſt inmediatā flobotomiā q̄ dies de
cima ſit.v.dies poſt aſſūptionem ſoluti
infraſcti incipiēdo ipm accipere poſt diē
gntam ad plus poſt flobotoīam etc̄.
Euatiuum ꝓprium minoratiuū flegmatis
ſubtilis a cerebro.℞ pill'arum cochiarū
℈.i.pill'arum de reubarbaro agarici aā.℈
ſ. ſalis gēme.g.ii. Agaricus diuiſus in
fruſtra infundatur in oximell' ſimplici p
x.horas deinde ōnia ſimul piſtentur et fi
ant pill'e.v.et dentur hora ſolutiuorum et
ſeruetur regimen iporum.hoc uero ſolu
tiuū accipiat per v.dies poſt ꝑmam flo
botomiā deinde poſt.v.alios dies fiat ſe
cunda flobotomia ut ſ̄. Digeſtiuum
in ꝑncipio ſtatis et colere cārum antece



ccc80

dentium in cerebro pēccantium.℞ ſirū-
pi de ſticados.℥.ſ.roſati.℥.ß.aq̄rum be-
tonice cicoree aā.℥.i.ß. miſce et detur
hora digeſtiuorum hoc ſolutiuum accipi
at per tres dies poſt pill'as inmediate in
praſcas. Eradicatiuū mērum dicta ū
in ꝑncipio cārum āteceden.iū. ℞ pill'a-
rum aurearum cochiarum agarici aā.℈.i.a-
garicus p̄paretur ut̄s cum oximelle ſim
plici et fiant pill'e.v.ut̄s. Iſtud ſoluti-
uum accipiat completa digeſtione ſeu po
aſſūptionem octo uicibus digeſtiui et ſer
uetur regula ſolutiuorum eradicantiū et p
horas v.aſſūptionis detur lauatiuū ciatū
ſ.aque ordei ſine zucaro et poſt horam
cōedat ut̄s.pus tamen teneat ſecedere
aquam etc̄. Repercuſſiuū a dictis ami
gdalis dictarum mērum in ꝑncipio ut̄s.
℞ rob nucū q̄tū ſufficit ad gargarizan-
dum hoc utatur per vi.horas poſt cenam
ter uel q̄ter gargarizando et ſimilit' per
v.horas poſt prādiū. Aliud ut ſupra
efficacius. ℞ rob mori q̄tum ſufficit ſi
non placet inmediate ſ̄ctum. Aliud
ut ſ̄ efficacius. ℞ gnatorum muzorum
Aque ciſterne ſeu pluuialis q̄tum ſuffic̄
ad decoctionē.Granatorum cortices exte
riores remoueātur et poſtea fiat deco-
ctio uſq̄ ad t̄cie ptis conſūptionem et
applica ut ſ̄. Confortatiuū in to
to ꝑncipio uniuerſali et in toto augmen
to ul'i duorum membrorum etc.ut̄s.℞ de
coctionis inmediate ſ̄te.ſ.ex gnatis mu
zi et aq̄ pluuiali et ex hac decoctione co
luat os et gargarizetur ter uel quat ſtō
ieiuno per duas horas ante pradium et
poſt prandiū p octo horas ſaltem ter in
ebdomada. Confortatiuū ut inmedia
te ſ̄.℞ ſpērum triaſandalorum ſine cāpho
ra aq̄ ciſterne.miſce et buliāt uſq̄ ad cō
ſumptionem quarte ptis aque Et utatur
actu frigida hac decoctione loco ō̄te
Diuerſiuū in fine ꝑncipii et in augmēto
et ſtatu mērum etc̄.℞ florum camomille me
liloti roſarum.miſce et buliant in ſufficien
ti q̄titate aq̄ ſimplicis uſq̄ ad conſūptio
nem q̄rte partis aque deinde lauētur ex
trema ſuauiter fricando.ſ.manus brachia
et pedes cū coxis aduerſū trahendo a ca
pite.deinde ſiccētur mēbra et cohopian
tur et hoc ante cibum.ſ.cenā et prandiū
p duas horas. Aliud ut̄s efficacius li
gētur extrema ligatione doloroſa ſtoma
co ieiuno ut̄s.ſ.p duos digitos uel ʒ ſu
pra genu et cubitū cum modis conuenīē
tibus ad hoc. Aliud efficacius.Uento
ſe due ponātur pulpis ſpatularū ex una
ſpine ubi coniūgitur collū cum dorſo pri
mo pulpis deinde p unā horam ſpine ſtō
ieiuno etc̄.et ꝑme dimittātur per unam
horā.tertia uero per unū quartum hore
Aliud ut ſ̄ ſed remiſſius et ſimil' ali
qualiter digeſtiue in toto augmento ul'i
mērum etc̄.℞ dyapapaueris macis pul-
uerizati.miſce et cū ſiru.ro.q̄tum ſuffic̄
ad hoc incorporandū oīa ſimul incorpo-
rentur in mortario ſine igne et huiuſ-
modi conf.teneat in nocte tota q̄titate a
uelane inter maxillā et genam iuperiorem
ſaltē alternis noctibus. Retentiuum in t̄
tia pte augmenti ne dicte materie ꝺcen
dant etc̄.℞ dyapapaueris nucis muſcate
pulueris ſirupi ro.q̄tum ſufficit ad ipſa
incorporandū miſce et fiant pill'e ad mo
dum fabe et tota nocte teneat unam ſub
lingua ut̄s. Aliud efficacius.℞ me-
dicaminis ſupius Boli armeni pulueriza
ti.miſce et cum ſiru.ro.et fiant pill'e ut
ſupra et fiat ſiue utatur modo ſ̄cto ſi ali
ud non placet. Aliud ut̄s.et hoc ſi mā
eſſet falſa et ē fortius.℞ dyacodion de
ſcriptione meſue boli armeni.miſce et cū
ſirupo de nenufare fiat in forma confe.
et utatur tenēdo int̄ genam et maxillam
tota nocte ſaltē duabus noctibus in eb-
domada p̄terq̄ tempore magni frigoris
Prohibitiuū generatiōis dictarum ma
teriearum.ſ.in cerebro et in toto tempore
morbi et maxie flegmatis ipſorumq̄ di
uerſiuū ut̄s.℞ pill'arum alefanginarum
Agarici ſalis gēme.miſce et cum electua.
ſuci ro.q̄tum ſufficit et fiant pill'e vii.

Vtatur iſtis pil̄lis a tribus uſq; ad .v. in õni menſe ſaltem bis et hoc p̄terq̃ tēpore magni caumatis aut frigoris et hoc ſeruando regulam ſolutiuoꝝ euãtium – Prohibitiuũ dictoꝝ humorum in cerebro et eductiuum ipſoꝝ per nares. ℞ aquaꝝ maiorane uiolarum ſuci foliorum blitis ʒucari candi puluerizati. Ex hoc liquore tepido in mõ lactis nuprime ab ubere extracti attrahat tria coclearia ſucceſſiue per nares ſtõ ieiuno et ſtet poſt in camera et hoc utatur ſaltem bis in ſingula ebdomada p̄terq̃ in tēporibꝫ extremis calidis aut frigidis. – Aliud utĩ. efficacius. ℞ medicamĩs ſuperioris mellis apum. miſce. et fiat ut ſ. – Aliud ut ſ. efficacius. ℞ medicaĩs ſuperioris manne. miſce et opetur ut in alio inmediate ſuperiori ſi ſibi magis placet. Diuerſiuũ ut inmediate ſ. Sternutatio puocetur cũ ſetis porcinis ſuauiter titulando in naribꝫ ſtõ ieiuno in mane hito uentris beneficio per duas horas ãte prãdium et hoc adminꝫ ſemel in ſingula ebdomada et tunc non egrediatur cameraꝫ – Diuerſiuum utĩ efficacius. ℞ elebori albi q̃titaẽ modicã ſufficientẽ pro .xii. ſternutationibꝫ et ſi uult fortius tunc attrahat per nares ut ſ. – Digeſtiuum cõe in ſtatu ul'i dictaꝝ materierum etc. et magni ſl'atis. ℞ lactis caprini q̃tum ſufficit pro oris lotiõe et gargarizatione quinquies ſucceſſiue in eadem hora ʒucari albiſſimi. miſce et gargarizet deinde deglutetur per duas horas ante prandium et cenam et hoc ſaltẽ quinquies in ebdomada. – Digeſtiuũ utĩ. efficacius ſuperiori. ℞ mell' roſati colati ſirupi de liquore aq̃ uiolaꝝ. miſce hoc utatur loco ſ'ti ſi ſibi placet utĩ. – Digeſtiuũ utĩ efficaciꝰ pori. ℞ dyapenidionis dyadraganti frigidi nucis muſcate piſtanda piſtētur et cũ iuleb roſaẽ in mortario fiat conf. dragmaꝝ trium ꝑ morſello ſi ſibi magis placet illud teneat q̃titatẽ auclane inter genam et maxillã tota nocte ſaltem alternis noctibus. – Digeſtiuũ utĩ efficacius priori. ℞ pulpaꝝ ſebeſten liquiricie granorum pineaꝝ mundatorum pulparum dactilorum gũmi arabici mellis apũ piſtanda piſtētur ex ſirupo uiolato q̃titẽ ſufficienti fiat in mortario ad modũ electua. hoc medicaĩe teneat in ore tria coclearia ſucceſſiue degluiẽdo cũ modis dictis de lacte caprino etc. – Digeſtiuũ ut ſ. efficacius pori. ℞ radicis altee mu dare amediculo ſemis lini pulpaꝝ dactilorũ ficuũ optimaꝝ mellis apum croci piſtanda piſtētur et buliant in ſufficienti quãtitate aque ordei pro gargariſmatibus ad conſũptionem tertie ptis. Si uero noluerit pmutare tunc utatur iſto loco dictorum cũ modis dictis in gargariſmate lactis et ʒucari etc. Euãtiuum materie. ℞ ꝓpinquaꝝ aurĩbus exiſtentium in uenis ꝓpinquis radici lingue interp̄te p̄me p̄ſtatus. Flobotoia fiat de uenis exiſtentibus ſub radice lingue de qbus extrabãtur .ʒ. ii. lib. ʒ. ſanguinis et fiat per vi. uel octo horas poſt prandiũ luna nõ exiſtente in ariete et hoc alio non cõtra opante. Aperitiuũ in tertia pte ſtatus poroſitatum dictaꝝ amigdalarum et ni eri leſorum etc. ℞ croci furfuris triticei meliloti butiri aq̃ mellis facte canoĩce quãtum ſufficit ꝑ colutionibꝫ et gargariſmatibꝫ buliãt oĩa ad cõſũptõꝫ tertie ptis et colẽt et de colatura garg̃rizet añ prãdiũ p. j. horã et ꝑꝫ prãdiũ p. v. horas et añ cenã p unã horã ſaltẽ quinquies pro uice. aqua mellis canonica. ℞ mellis apũ pt̃ ʒ. aq̃ ſimplicis part̃ viii. buliant ad conſumptionẽ quarte partis diſpumãdo ſemper. – Reſolutiuũ et euaporatiuũ in declõe materieꝝ coniunctaꝝ dictoꝝ apoſtematum amigdalarum etc. ℞ mirre croci caricaꝝ aq̃ ordei .ʒ. xx. miſce. buliãt oĩa ſimul uſq; ad conſũptioneꝫ quarte partis huius decoctionis ℞ .ʒ. iii. oximellis ſimplicis .ʒ. ii. miſce fiat gargariſmꝰ et colutio oris modis ut ĩmediate ſ'to. Purgatorium ut inmediate ſed fortius. ℞ medicamĩs inmediate ſ'ti. yreos radicis inciſe minuti buliant ad conſũptionẽ vi partis deinde coletur et utatur ut aliud inmediate ſi magis placet. Alie uero ſũt medicine intẽſiores ad morbos dictos ſꝫ ualde moleſte uelut ſũt genera gũmi rubificatoria ueſicatoria cauteria comiſuris coronali et ſagittali cranei et ꝓprie ipſi coronali applicate et ꝓprius ipſis amigdalis Et ſeto ſeu ſedaginus ſub occipite et ſic cũ dei laude. A. C. hunc abbreuiaui Remouens regimen ſex reꝝ non naliuꝫ quia ex aliis conſil'ibus conſciliis de reumatiſſimis haberi poterit.

F Conſcilium meũ contra botiũ gule ꝑ uxore domini guidi de alaruio taruiſani et domini poteſtatis padue domini nicolai acõtareno honorabilis uicarii. Solutiuũ facile et uſuale melãcolie aliquantulum et fl'atis multo amplius et a toto et ꝓprius a cerebro. ſ. ℞ pill'arum alefanginaꝝ de hyera ſimplici agarici añ. ʒ. j. ſene polipodii añ. ʒ. ſ. ſalis gẽme. g̃. ii. ʒinʒib'. ſpice añ. g̃. j. miſce et cum ſirupi de ſticados quantũ ſufficit ad incorporandũ ꝑ pill'is conficiendis formẽtur pill'e 7. pro. ʒ. Iſtarum pill'aruꝫ aſſũat. ʒ. ſ. in aurora ſingulo menſe ſemel et poſt ipſaꝝ aſſumptionem inmediate in ſpacio unius hore cum dimidia dormiat ſi poteſt et non ãplius una hora trãſacta uero ipſa hora cũ dimidia ſiue dormierit ſiue non tãtum una hora tunc non aplius dormiat ſed ſurgat et ſtet ieiunus poſt aſſũptionem tantũ horis quattuor et non aſſumat lauatiuũ et in dicto termino prandeat cõcdatq; blites cũ boragine feniculo et petroſilino mixtas. Item carnes laudabiles ut pulli ꝑdicis uel uituli et ſimiles laudabiles carnes. Solutiuũ ẽt ut ſ. aliquantulũ efficacius pori et tamẽ facile et uſuale. ℞ pill'arum aſayaret indarum agarici añ. ʒ. j. ſalis gemme ʒinʒiberis añ. g̃. j. miſce et cum ſirupi de ſticados quantũ ſufficit fiãt pill'e. 7. pro. ʒ. – Iſtarum pill'arũ aſſũat. ʒ. j. inmẽdiate cum uadit dormitũ ẽt ſi ipſe cenauerit. has uero taliter aſſũat ſingulo menſe ſemel diſtãter tamen per. xv. dies ab aſſũptione pill'arum pmaꝝ ſ'tarum. Diuerſiuum et aliqualiter euãtiuum a cerebro. ℞ pulueris cãtaridarum. ʒ. j. fermẽti triticei quãtũ ſufficit ad incorporandũ ipſũ puluerẽ et duas puas pill'as q̃titatẽ duarum auelanaruꝫ formandas. Miſce et cum modico modici aceti ſolũ quantũ ſufficit ad penetrãdum formentur due pue pill'e quantitatis auelanaꝝ duarum – Iſte due pill'e pue ponãtur in ſero cum uadit dormitũ ſel' in ſingulis duobꝫ mẽſibus ſuper duobꝫ oſſibus inmediate ꝑ aures ita tamen ut non tãgant aures deinde inter ipſas pill'as et aures ĩmediate ponat foliũ caulis duplicatum ut pile ñ tangãt aures et poſtea tantũ in mane inmediate ſequenti remoueãtur deinde tũc ueſice facte ab hoc medicamine iinferiori pte earum incidãtur ita ſolũ ut aquoſitas ex ueſicis effluat ipſis ueſicis tamen non inde amotis ultimo ſup eiſdem ueſicis ponatur aliqd de aſſungia porcina nõ ſalſa extenſa ſuper foliũ caulis et ipſa aſſungia taliter ĩteretur ſingl'o die ſemel uſq; ad ꝯpletam generationeꝫ cutis in locis dictis etc. – Caputpurgiũ ſiue diuerſiuũ et euacuatiuum a cerebro et pro ꝑe flegmatis efficacius pori diuerſiuo et tamen frigidũ et uirtuti failiare. ℞ aq̃ maiorane. ʒ. ii. ſuci folioꝝ blitis. ʒ. j. ʒuchari candi puluerizati. ʒ. ii. miſce. Iſtiꝰ caputpurgii tantũ tepidi in modũ lactis cũ mulgetur ab ubere attrahat aliq̃tulũ ꝑ nares ſtomaco ieiuno per horam unaꝫ ante prandiũ ſemel in ebdomada quocũq; tẽpore ãni ad libitum p̄terq̃ tempore calido. – Caputpurgium etc. ut inmediate ſuperiori efficacius ipo inmediate pori. – Si uero medicamen cõgruit efficacius inmediate pori compoſito ex ſuco aq̃ maiorane ſuco folioꝝ blitis etc. Tũc illi medicamini addatur mellis. ʒ. ii. Et

CCC82



iterum ſi congruit medicamen efficacius
caputpurgium pori caputpurgio tūc ipſi
caputpurgio immediate addatur nigelle
puluerizate.ʒ.j. Inſuper ſi adhuc cōueīt
efficacius immediate pori tunc ēt inſuper
adde māne. Molitiuū mērum cāruz
coniunctaꝝ peccātium. ℞ litargirii triti
ʒ.ii.olei cōmunis.ʒ.iiii.mucilaginuz fe
nigreci ſeminū lini maluauiſci an̄.ʒ.iii.
Litargirium cum dicto oleo diſſoluatur
ad lentū ignem.deinde ōnia reliqua addā
tur et cū cere albe q̄ntum ſufficit ad ōnia
ſimul incorporandum et cū modico modi
ci aceti ſolū q̄ntum ſufficit ad penetrādū
totū reducatur in forma dyachilonis ad
lentuz ignem. Iſtū dyachilonem teneat
continuo ipm permutando ſeu reiteran-
do ſinglo die ſemel ſuper loco leſo et octo
diebus nālibꝰ cōtinuis.poſtea uero amo
to ipſo tunc ſup ipſo membro leſo pona
tur epithima uel fomentatio uel emplm
aliquod de infraſcriptis ſeruatis reliqs mo-
dis et ordinibus deſcriptis in appoſitōne
et uſu eoꝝdem inſtaſtorum. Exicca
tiuum et reſolutiuū melancolie et āplius
flegmatis a membro leſo etc̄. ℞ corticū
citri.ʒ.iii. Limonū.ʒ.i. Urine egri l
alterius hoīs maſculi infātis q̄ntum ſuffi
cit p media decoctione ipſarum corticū
miſce.deinde ōnia bulliant ſil̄ uſqꝫ ad me
diam decoctionem ipſorū corticū Poſtea
uero cortices ab ipſa decoctione extracti
piſtētur In hac dcoctiōe dbite calida in
fūdatur ſpongia noua deinde expmatur
et poſtea taliter calida et expſſa ſr̄ mem
bro leſo pmo pōatur et ligetur ſatis ex-
pſſe ita tamen ut mēbrū ipm a ſua reſo
lutione non impediatur nec dolor aliqs
adducatur et talit̄ ſup loco dimittatur
horis vi. Ultio amota ſpongia ipſa dicti
corticea piſtati ſup eodem loco leſo ap-
ponātur dbite calidi et ligentur et tālit̄
dimittantur horis xviii. Hiis uero duabꝰ
medicationibꝰ.ſ.fomentatiōe ex dcoctiōe
et emplro ex dictis corticibꝰ talit̄ utat̄
ſingulo die bis in vi.diebus cōtinuis in

mediate ſequentibꝰ amotiōe dyachilōis
pximi dcti. Exiccatiuū et reſolutiuū
uts̄ efficacius exiccatiuo pori inmediate
Folia liliōꝝ alborum cōterātur in mor-
tario cū piſtello groſſo mō ſolum ut ſu
cus folioꝝ ad ſupficiem eorum adducat̄
et ab ipſis non expmatur et effluat Cū
his foliis taliter cōtritis explaſtretur lo
cus eger ſeu ſup loco dicta folia ponan
tur et ligētur.hoc uero medicamine tali
ter utatur ſ diebus cōtinuis in ſingulo
menſe pterq̄ tempore calido. Et ptrie
ſi uult medicamen efficacius aliq̄liter di
cto pori medicamine exiccatiuo ↄpoſito
ex dictis corticibꝰ aut ſi ipſuz medicam̄
pmutare uult. Exiccatiuuz etiā ut ſ
fortius aliquantuluz pori inmediate. ℞
farine ciceris rubei q̄ntū ſuffic̄ p emplo
Aq̄ dcoctionis notabilis ſeu multe cauli
um q̄ntum ſufficit ad dcoctionem dicte fa
rine p emplro. Buliant ōnia ſimul ſuffi
cieter ſeu media ſolutione et totū redi
gatur in forma emplaſtri. Si uero uult
medicamen aliq̄ntulū efficacius pori inme
diate tunc iſtud emplm apponat loco e
groto ſeruatis reliqs modis et ordinibus
dſcriptis in uſu emplī inmediate dti.
Exiccatiuum ēt ut ſ. ℞ foliorum cauli
um pt̄.iii. florum aneti pt̄.j. De ābobꝰ
ſimul q̄ntum ſufficit p emplo miſce et bu
liant ōnia ſimul in aqua uſqꝫ ad notabi
lem eoꝝ dcoctionem deinde ipſa ſepen
tur a ſua decoctione. Si uero medicam̄
pmutare uult tunc hac dcoctione debite
calida pmo epithimetur locus eger dein
de cū dtis calidis et floribus emplaſtret̄
idem locus ſeruatis reliqs ordinatioībꝰ
deſcriptis in uſu fomentationis et emplī
dtorum compoſitoꝝ ex corticibus citri
limonū etc̄. Exiccatiuū ēt uts̄.efficacius
poribꝰ. ℞ mirre.ʒ.ii.licii.ʒ.j.ciperi ra
dicis.ʒ.ſ.aloes.ʒ.iii.croci.ʒ.ſ. folioꝝ
tamariſci.m.ſ.aq̄ mlte dcoctionis caul̄
q̄ntū ſufficit pro ipſorum dcoctione. miſ̄
deinde ōnia piſtata ſimul buliant mediate
bulitione. Si uero uult medicamē effi

cacius aut pmutare uult tūc cuz hac dcō
ctione pmo epithimetur ſeu fomentetur
locus leſus deinde cuz ſubſtātia iſtarum
medicinaꝝ emplaſtretur locus idē ut hic
inmediate ſ.de dictis fomentatione et
emplro cōpoſitis ex foliis cauliū et flo
ribus aneti. Exiccatiuū ēt ut ſ effica
cius priori. ℞ cineꝝ fuſtium cauliū pt̄.
iii.ramorum fici pt̄.ii.fmentorum uitis
filicis an̄.pt̄.j.ſ. Aq̄ fluuialis q̄ntū ſuf
ficit ad pdicta debite decoquendū ſeu q̄n
tum ſufficit pro lixiuio fiendo. Buliant
ōnia ſimul uſqꝫ ad conſumptionē medie
tatis dicte aq̄. Si uero uult medicamen
efficacius pori tc̄ cū hac dcoctōe dbite cali
da fiat fomētatio loci leſi cū ſpōgia noua
infuſa in dicta decoctione calida uts̄.in
fomentatione facta ex decoctione corti-
cum citri et limonū ut ibi. Exiccati-
uum etc̄.ut ſ. ℞ ſtercoris uaccini q̄ntum
ſufficit ad ōnia pxime infraſta incorpo
randū pro emplro olibani.ʒ.iii.ſtoracis
ʒ.ii.uſnee.ʒ.j.ſ.calami aromatici.ʒ.ſ.
ſpice.ʒ.ii.abſinthii.m.j.pul.pul. deinde
ōnia ſimul miſce et fiat emplrm. Si ue
ro medicamen permutarē uult tunc iſtud
emplrm calidū apponat loco leſo et uts̄
de emplo facto ex cineribus ex aq̄ cauli
um etc̄. Exiccatiuū ut ſ.et eſt ppri
um et efficacius poribus. ℞ radicis nu-
cis tenere ſeu q̄ non dū fecit fructum pt̄
iiii.corticis arboris eiuſdez pt̄.j.piperis
granoꝝ pt̄.j.ſ.buliant ōnia ſimul in ui
ni albi ſatis uinoſi q̄ntum ſufficit p gar-
gariſmate uſqꝫ ad cōſumptionē medieta
tis ipſius uini. Si uero uult medicamē
huic morbo magis pprium et efficacius
medicationibus prioribus tunc cum hac
decoctiōe ſuauiter calida gargarizet qnqꝫ
uel vi.gargarizationibus ſtō ieiuno vꝫ
āte prandium et ante cenam per duas ho
ras pluribus diebus continuis et taliter
gargarizando in quolibet dictorum tē-
porum gargarizationis degluciat pſſibi
liter ſeu paulatī mediā.ʒ.dicte decoctio
nis vꝫ unū coclear p qualibꝫ gargariza

tione uſqꝫ ad ſumam dicte.ʒ.ſ.in ſingu
lo dictoꝝ totaliū tēporum gargarizatio
nis.hoc uero medicamīe talit̄ utatur vi.
diebus cōtinuis ſinguli menſis et tantū
tempore frigido ipſiuſqꝫ medicamen talit̄
reiteret ſecundū neceſſitatem. Exa-
cuatiuum et pprium ut ſ efficacius po
ri inmediate. ℞ tonſoꝝ ſeu cimaturarū
ſcarlatini panni.ʒ.ii.uiridis panni azuri
ni an̄.ʒ.iii.bruni.ʒ.ii.ſpōgie noue mari-
ne debite combuſte ſolū in tantū ut ſpō
gia ipſa debite puluerizari poſſit.ʒ.iii.
pumicis marine.ʒ.ſ.oſſis ſepie.ʒ.j. Te-
ſtarum oſtracoꝝ marinorum ↄbuſtaruz.ʒ
ſ. Tonſa ſeu cimature dicte et ſpongia
debite cōburātur ſolum in tātum ut pul
uerizari poſſit deinde unūquodqꝫ coruz
per ſe puluerizetur groſſo mō poſtea oīa
ſimul buliāt in urine pacientis aut alte
rius hoīs infantis maſculi q̄ntum ſufficit
pro ſuffumigio et fomentatione. Si ue
ro uult medicamen efficacius priori ime
diate tunc ex hac decoctione ſil̄ cum di
ctis medicinis debite calidis recipiat ore
apto fumū per os et ad os et ad locū le
ſum ſtomaco ieiuno vꝫ āte prandium et
ante cenā per duas horas ſaltē bis in eb
domada quocūqꝫ tēpore anni pterq̄ tem
pore magni caumatis. Si uero dicta uri
na ex ſapore et odore ſibi nimis horribi
lis eſſet tunc dte medicine ſine urina bu
liant in aq̄ ciſterne ut hic ante de urina
licet tamen urina ad hoc ſit pſtancior.
Deīde per tres horas poſt dictā ſuffumi
gationem ex hac decoctione debite cali
da et tantū cum urina facta ut hic ante
ſui ſerua. Iſta aqua in potu utatur et ex
ea ueſica ſiringetur ut ſ. in aliis duabus
receptis de ipſa aqua mell' imediate ſ̃tis
Acuitatis hũorũ et urine remiſſiuũ
ut. ſ. et doloris ab ipſa urina mitiga
tiuũ. ℞ lactis mulieris q̃tum ſufficit ad
iniiciendũ in uirgaꝫ cum ſiringa Aut ad
libitũ albumis oui optime conq̃ſſati et
d̃ſpumati deinde mixti cum dicto lacte
Iſtud medicamẽ imponat in uirgã cum
ſiringa tepidũ in modũ lactis cũ mulgeẽ
ab ubere. hoc uero medicaĩe talit̃ utatur
ſaltem bis in ſingulo die pluribus et plu
ribus diebus continuis. Acuitatis
hũorum ꝛmiſſiuũ etc̃. efficacius priori in
mediate. ℞ ſeminũ co͞ium q̃tuor maio
rum frigidoꝝ. ℥. ſ. papaueris albi. ʒ. ii.
pulpaꝝ ſebeſten. ʒ. j. ſ. Lactis ſeminuꝫ
papaueris q̃tum ſufficit pro potiõe. Iſte
pulpe ſebeſten diſſoluãtur optie cuꝫ di
cta aqua papaueris q̃tum ſufficiẽ ad ipa-
rum diſſolutionem. ſemina uero munda
ta a corticibus ſuis piſtẽtur et diſſoluan
tur optie cũ alia ꝑte dicte aq̃ papaueris

Ultio õnia ſimul miſce et fiat potõ. Si
uero medicamẽ congruit efficacius pori
inmediate tunc iſtam potionem aſſumat
in mane etc̃. ut ſ. p oĩa de alio medicaĩe
inmediate ſto dictũ eſt. Acuitatis
hũorũ ɼmiſſiuũ etc̃. Et doloris ab ipſa uri
na mitigatiuũ. ℞ pineaꝝ ſnorum munda
torum deinde ter infuſoꝝ in aqua feruẽ
ti. ʒ. xii. seminũ papaueris albi seminum
altee portulace aã. ʒ. ii. zuchari albiſſimi
trium coctaꝝ lib. ii. semĩa õnia piſtetur
groſſo modo deinde õnia ſimul miſce.
Ultimo cũ aque nenufaris qͣntitate ſuffi-
cienti ad hoc fiat confectio ſolida in mor
ſellis. ʒ. ʒ. p quocunq; morſello. Iſtius
confectionis aſſumat unũ morſellũ ſto-
maco ieiuno in mane per duas horas ad-
minus ante prandiũ Et tantundem aſſu
mat ante cenam adminus per unã horam
ſaltem tribus diebus in ſingula ebdoma-
da quocunq; tẽpoꝛe anni preterq̃ tempoꝛ
intenſioris frigoris hyemalꝭ. Doloꝝ
mitigatiuũ. Teneat caput uirge ſeu prem
doloroſam uirge in aqua frigida ſimplici
munda et clara. hoc uero medicamine
taliẽ utatur pluries ad libitũ in die ipſũ
taliter reiterando pluribus et pluribus
diebus ad libitum. Acuitatis hũorũ
remiſſiuũ etc̃. ut ſ. et eſt propriũ. ℞ ſe
minũ coĩum quattuor maioꝝ frigidoꝝ. ʒ. ꝛ
papaueris albi. ʒ. j. suci ligricie. ʒ. ii. aq̃
alchechengi qͣntum ſufficit pro potione.
Iſta ſemĩa prius mundata deinde piſtata
ut ſ. succuſq; ligricie õnia ſimul cum di-
cta aqua incorporetur miſce et fiat potõ
Si uero congruit medicamen magis p
priũ tunc iſtaꝫ potionẽ aſſumat in mane
ſeruatis reliqs modis et ordinibus dſcri
ptis in aſſũptione et uſu potionis ſrte.
Acuitatis urine remiſſiuũ et doloꝝ
mitigatiuũ ma coplexiois acute epatis
renũ et õiũm niſrum urine euatiuuꝫ et
ulcerũ cõglutinatiũ. ℞ diadragãti frigi-
di. ʒ. j. diapapaueris. ʒ. ſ. suci ligricie. ʒ.
j. ſpẽrum triaſandaloꝝ ſine cãphora. ℈.
j. Iulep uiolati qͣntum ſufficit ad incorpo

randũ. Miſce et õnia ſimul incorporen-
tur in mortario cum piſtello et ſine igne
et totũ redigatur in forma ſolida ſaltẽ
medie caliditatis. Iſtius confectionis aſ
ſumat. ʒ. ʒ. in mane cum ſurgit duob9 die
bus ſaltem in ebdomada ad libitũ Dein
de poſt ipſius aſſũptionẽ ſtet ieiunus ho
ris tribus adminus. Acuitatis hu
morum ut ſ. repſſiuũ poribus õnibus
efficacius. ℞ Trociſcoꝝ alchechengi ſie
opio de papauere aã. ʒ. j. draganti. ʒ. j.
ſpẽrum triaſandaloꝝ. ʒ. ii. seminũ mal-
uarum. ʒ. ii. ſuci ligricie citonioꝝ aã. ʒ. ſ.
Mucillaginũ pſilli qͣntum ſufficit ad oĩa
optime diſſoluendũ et incorporandũ. Pi
ſtanda piſtentur et pulueriſanda pulueri
zentur ſubtiliter. Deinde õnia ſilꝭ optime
incorporẽtur et fiat magdaleon p pilꝭis
formandis. Si uero medicamẽ congruit
efficacius õnibus ſtis tunc iſtaꝝ pilꝭaꝝ
aſſũat. ℈. ii. in mane cũ ſurgit duobus di
ebus in ſingula ebdomada tẽpore calido
Et poſt ipſaꝝ aſſũptionem inmediate bi
bat aq̃s inmediate infraſcꝛas et poſt eaꝝ
aſſumptionẽ ſtet ieiunus horis tribus ad
minus. Aqua de qua ſ fit mẽtio. ℞
aquaꝝ papaueris albi. ʒ. ii. solatri. ʒ. j.
zuchabi albiſſimi triũ coctaꝝ. ʒ. j. mirti
lorum fructuũ piſtatoꝝ. ʒ. ii. miſce. Iſtaꝫ
potionẽ aſſumat inmediate p9 aſſumpti
onem pilꝭarum inmediate ſtarum.
Digeſtiũ uſuale materieꝝ acutarum etc̃.
ut inmediate ſ. ℞ aq̃ uiolaꝝ. ʒ. j. lactis
ſeu diſſolutionis ſeminũ 4. maioꝝ frigi
dorum. ʒ. j. ſ. lactis ſeu diſſolutionis ſe
minũ papaueris albi. ʒ. j. iulep uiolati. ʒ.
j. Miſce. Iſtud digeſtiũ aſſumat calidũ
in aurora quattuor diebus continuis in ſin
gulo menſe et cũ reliquis mois et ordini
bus dſcriptis in aſſũptione digeſtiui ſti
cõpoſiti ex ſirupo de papauere iulep uio
lati etc̃. ut ibi. Lenitiuũ et minorati
uum ut ſ facilius ſtis ſolutis et uſuale
℞ caſſiefi. ʒ. j. pulpaꝝ sebeſten. ʒ. ſ. iu
lep uiolati. ʒ. j. aquaꝝ endiuie pt. j. uio
laꝝ. pt. ii. De ambabus aqs qͣntũ ſufficit

pro potione. miſce et fiat potio. Iſtud ſo
lutiuum uſuale aſſumat omni menſe ſelꝭ
in die ſequenti. 4. dies aſſũptionis dige
ſtiui uſualis inmediate ſti. Et cũ reliqs
modis et ordinibus deſcript in aſſũptiõe
ſolutioꝝ duoꝝ pmoꝝ ſtorum. Do-
loris mitigatiuũ etc̃. ut ſupra et ulceꝝ cõ
ſolidatiũ. ℞ diapapaueris albi. ʒ. ſ. dra
ganti frigidi. ʒ. j. zuchari uiolati. ʒ. j. ſ.
boli armeni. ʒ. ʒ. mucillagis ſeminũ cito
nioꝝ. ʒ. ſ. miſce et totũ ɼdigatur in for
ma electuarii. Iſtius electuarii aſſumat. ʒ.
ʒ. in aurora et ſelꝭ in ebdomada adminus
et poſt ipſius aſſũptionẽ aſſumat imedia
te. ʒ. ii. alchechengi calꝭe deinđ ſtet ieiu-
nus horis quattuoꝛ Et interĩ dormiat ad
libitũ. Doloris mitigatiuũ et ulceꝝ
conſolidatiuũ ut ſ. ℞ ceraſa alchechẽgi
nũero. ꝛ. uel. ʒ. aq̃ alchechẽgi. ʒ. j. Utatur
his ceraſis in aqua alchechengi hoc mõ p
mo aſſumat dicta ceraſa deinde bibat di
ctam aquam bis in ebdomada in aurora
cum modis ut ſ. in aſſumptione mixtuɼ
inmediate ſte compoſite ex diapapauere
et diadragãto frigido etc̃. ut ibi. Do
loris mitigatiuuꝫ ut ſ. ℞ seminum ex-
corticatoꝝ coĩum quattuor maioꝝ frigido
rum vꝫ. melonis cucurbite citrulli cucu
meris aã. ʒ. ſ. seminum portulace altee
ſeu maluauiſci aã. ʒ. j. iuſquiami papaue-
ris albi aã. ʒ. ſ. apii. ℈. j. amigdaloꝝ dul
cium excorticataꝝ. ʒ. ſ. Draganti. ℈. j.
mucillagis ſeminũ citonioꝝ. ʒ. j. suci lig
ricie. ʒ. j. ſ. amidi. ʒ. ii. boli armeni. ʒ. 4
zuchari albiſſimi triũ coctaꝝ. ʒ. j. Piſtã
da piſtentur pulueriſanda pulueriſentur
ſeorſũ et diſtormiter ut decet ſecundum
canonẽ ad hoc Et draganthꝫ infundatur
per. ii. dies nãles in aq̃ alchechengi qͣntũ
ſufficit ad ĩfuſionẽ Deinde õnia ſilꝭ miſcẽ
et cũ mucillagine pſilli qͣntũ ſufficit ad ĩ
corporãdũ formẽtur pilꝭe 7. pro. ʒ. Iſta
rum pilꝭaruꝫ aſſũat. ℈. ii. in aurora ſemel
in ebdomada Et poſt eaꝝ aſſũptioneꝫ bi
bat inmediate. ʒ. ii. alchechẽgi calide. de
inde ſtet ieiunus horis quattuoꝛ et dormi

at ad libitũ. Caliditatis ſuperflue
renũ remiſſiuũ et ipſorum renũ confor-
tatiuũ. ℞ unguenti galꝭ. ʒ. j. ſ. ſpẽrum
croci ſandalini dſcriptiõe meſue. ʒ. j. ſ.
raſure eboris. ʒ. j. boli armeni. ℈. ii. Pi-
ſtanda piſtẽtur ſeorſũ et diſtormitẽ ut hic
ante deinde miſce cũ oleo nenufaris qͣntũ
ſufficit ad incorporãdũ et cũ modico mo
dici aceti qͣntum ſufficit ad penetrandum
formetur unguentũ molle pro renibus.
Ex hac unctione actu frigida ungantur
renes et ſpina ipſa a renibus infra uſq;
ad os caude incluſiue et hoc in mane et
in ſero et idẽ cum uadit dormitũ et ipſa
unctiõe taliẽ utaẽ in una ebdomada ſingu
lo die. Deinde interponat ebdomadaꝫ ſe
quentem in qua ipſa unctiõe non utatur
et ita pluries reiteret interpolando ut
ſtum eſt ſecundũ neceſſitatem. Do-
loris mitigatiuuꝫ uirgamq; ſtagnans. ℞
albumis oui optime conquaſſati et diſpu
mati. ʒ. j. suci lactuce. ʒ. j. pulpaꝝ sebe
ſten. ʒ. j. gũmi arabici draganti aã. ℈. ſ.
ſandalorũ rubeo. ſubtiliter pulueriſatoꝝ
℈. j. Iſtius pulpe sebeſten prius minutiſ
inciſe infundãtur inmediate dicti suci la
ctuce per unũ diem nãlem. Deinde cum
dicto suco optie diſſoluãtur dragantum
uero prius groſſo mõ piſtatum infũdatur
per diem nãlem in alia medietate dicti
ſuci lactuce. Deinde ipſa mucillago cũ di
cto suco diſſoluatur optime. Ultio õnia
ſimul miſce etc̃. Doloris mitigatiuum
et cetera ut ſupra efficacius ipſo priori
inmediate. ℞ medicamẽ inmediate ſtũ
dempto ſuco lactuce loco cui9 ponatur
ſuci ſolatri tãtundẽ. Si uero medicamẽ
congruit efficacius pori inmediate tunc
iſtud medicamen imponat uirge ſeruatis
õnibus mois et ordĩbus deſcriptis in me
dicaĩe imediate ſto. Doloris mitiga-
tiuum et ulcerum conſolidatiuũ etc̃. ut ſ
efficacius pori inmediate. ℞ medicamẽ
inmediate ſtum iuſqami pulueriſati ſub
tiliter boli armeni aã. ʒ. ſ. suci ſolatri. ʒ.
ii. miſce. Si uero medicamen cõgruit ef

ficacius pori inmediate tunc iſtud medicamen imponat virge etc. ut ſ. per omnia de alio medicamine inmediate ſcto.
Doloris mitigativi etc. ut ſ. efficacius ipſo pori inmediate. ℞ medicamē inmediate ſcium mucillaginis pſilli. ℥. j. citoniorum portulace an. ℥. ß. gūmi arabici. ℈. j. boli armeni iterum ipſiuſq; boli armeni pulverizati ſeorſum et ſubtiliter. ℥. ß. Ipſū gūmi prius groſſo modo piſtatū infundatur in dicto medicamine per unū diem. Deinde cum ipſo medicaīe optime diſſolvatur. Ultimo omnia ſimul miſce. Si vero medicamen congruit efficacius pori inmediate Tunc iſtud medicamen iponat virge etc. ut ſ. per omnia de alio medicamine inmediate ſto. ═ Abſterſivū lavativū et cōſolidativū. ℞ lactis eque et ē proprium Aut ad libitū capre ſed melius eq. ℥. ℥. Iſtud lac tepidū calore cum mulgetur ab ubere aſſūat ſtomaco ieiuno ſaltē in mane cum ſurgit prius habito ventris beneficio aut ſaltem tentato habere. Et poſt aſſumptionē lactis ſtet ieiunus ſaltem horis tribus et interim nullo modo dormiat nec iaceat ſed in camera geſtat prim prim ſedēdo prim deambulando put ſue nature eſt gratius. hoc vero lacte taliter utatur tēporibus pluribus conſilio ſpectabiliū dominorū doctorū curā hanc agentium etc. ut ītra in caplo ultio in fine huius conſilii deſcripto. ═ Conſolidativum ulcerū ipſius mundificatione facta. ℞ mumie. ℥. j. boli armeni. ℈. ii. trociſcorum alchechengi. ℥. ß. ſucci liquiricie. ℈. j. Aque caude eque quantū ſufficit p colirio etc. ut ſupra. Pulverizanda pulverizētur ſeorſū et diſformiter ut decet ſecundū canonem deinde omnia ſimul miſce. Iſtd' medicamen dbite calidū temporibꝰ frigido et mediis et frigidō tempore calido aſſūat eger ſtō ieiuno in aurora ſaltem tribus diebus in ſingula ebdomada intermiſſis ſeu interceptis ſaltem per unū diem diebus aliis in quibus non aſſūat per unum talem diem. ═ Cōſolidativū ulcerū etc.

ut inmediate ſ. ℞ acacie Aluminis cū aq alchechengi an. ℥. ß. Ipoquiſtidos. ℈. ii. adipis anſeris. ℥. j. olei roſati quantū ſufficit pro colirio etc. ut ſ. Pulverizanda pulverizentur ſeorſū et diſformiter ut decet ſecundū canonē deinde omnia ſimul miſce. De hoc medicamine actu frigido non tamen acute frigido imponat virge et concavitati virge al' veſice cum ſiringa aut impulſorio ſeu ſbolzarolo ſinglo die pluries et ſaltem ſtomaco ieiuno et pluribus diebus iudicio dominorum doctorum etc. ut ſ. ═ Conſolidativum ulcerū etc. ut īmediate ſ. efficacius ipſo pori inmediate. ℞ terre ſigillate. ℈. ii. chimolee cornu cervi valde uſti an. ℥. ß. ſtoracis liqde. ℈. ii. olei roſati quantū ſufficit pro colirio etc. ut ſ. pulverizanda pulverizentur ſeorſū et dſformiter ut decet ſecundum canonem dinde omnia ſimul miſce. Si vero medicamen inmediate ſcium permutare congruit tunc de hoc medicamine virge imponat et veſice etc. ut ſupra d' alio medicamine inmediate ſuprascto ═ Conſolidativum Ulcerum etc. ut inmediate ſupra. ℞ unguenti ceruſe. ℥. ii. Sarcocolle thuris an. ℈. ii. amili. ℈. j. pinguedinis anſeris. ℥. j. lactis mulieris quantum ſufficit pro colirio etc. pulverizāda pulverizētur ſeorſum et dſformiter ut decet ſecundum canonem deinde omnia ſimul miſce. Si vero medicamen inmediate ſuprascum permutare congruit tunc de hoc medicamine imponat virge et veſice ut ſ. de alio medicamine inmediate ſcto ═ Conſolidativum ulcerū etc. ut inmediate ſupra efficacius priori inmediate. ℞ Karabe. ℈. j. thuris terre ſigillate an. ℥. ß. coralli albi. ℈. j. amili. ℈. j. Plumbi uſti d'indō abluti cum aqua alchechengi ſufficienti quantitate ad hoc. ℥. j. trociſcorum alchechengi. ℈. ii. Lactis mulieris quantum ſufficit pro colirio iniiciendo in veſicam. pulverizanda pul. ſeorſum et dſformiter ut decet ſecundū canonem deinde omnia ſimul miſce. Si vero medicamen

congruit efficacius pori inmediate tunc de hoc liquore iponat virge et veſice etc. ut de alio medicamine inmediate ſcto.
═ Conſolidativum Ulcerū etc. ut ſupra Et valet in coreſione ppinqua meatus ℞ Trociſcorū de cart. ℈. ii. mercaſengi ℥. ß. ceruſe lote cum aqua alkekengi. ℈. j. amili. ℈. j. Terre ſigillate cornu cervi valde uſti an. ℥. ß. corallorū alborum ru. an. ℈. j. Lactis mulieris quantum ſufficit p colirio etc. ut ſupra. Si vero medicamē permutare congruit tunc de hoc liquorē imponetur virge et veſice etc. ut d' alio medicamine inmediate ſcto. Si vero dolor eſt fortis tunc ℞ colirium album ad oculos. lactis mulieris an. ℥. ß. miſce. Si vero dolor eſt fortis tunc de hoc liquore imponat virge et veſice cum ſiringa ut de alio medicamine inmediate ſcto. Evitanda generaliter. Evitet regimen omē calefactum notabiliter et pprie motus corporeos et alios et pprius nutriēs ſeu cibum et potū ſalſos et acutos amaros et multū dulces et calidos ſaltem ultra primum gradum. Evitet coitum. Alie vero quamplures ad hoc curative ab auctoribꝰ in fraſtis medicine ſūt intenſiores efficaciores et virtuti magis moleſte ſeu valde moleſtiores omnibus aliis medicinis virtuti familiaribꝰ in iſto conſilio ſerioſis ad hoc canonice curativis cuiuſmodi ſunt proprie. Vomitus crebro factus. Stupefacientia niſi dolor ſit vehemēs valdē quo vehementi valde exiſtente dolore ipſo tam tūc ſtupefacientia conveniūt ut in ſgamus oppiū etc. Quas medicinas quia intenſiores efficaciores et virtuti valdē moleſte ſunt hic non ſerioſe dſcribo ſperās ex dictis aliis medicinis omnibus virtuti familiaribus in iſto conſilio ſerioſe ſcris curam pfeci ſecurius et cum minori moleſtia infirmi. ═ Nota q ſcis medicaminibus omnibus aſſūendis per os utatur ipſe infirmus cū modis et ordinibus deſcriptē in ipſis medicaminibus ſeu in canonibus univerſalibus medicaminū ipſorum omnium. Et

hoc duabus ebdomadis continuis deinde in tertia ebdomada illis duabus continuata nullū medicamen per os aſſumat. poſtea in aliis duabus ebdomadis inmediate ſequentibus ipſi tertia ebdomada dicta medicaīa per os reaſſūat ut ſ. poſtea in alia ebdomada ſequēti pxima nullum ex his medicamibus per os aſſūat. Et ita aſſūptionem ipſorum medicaminū pluries reiteret ſecundū neceſſitatē interpolando ſemp unā ebdomadam et non aſſūendo dicta medicaīa et hoc ut virtuti deī ges et nī medicaībus nō aſſueſcat. Et hic idē canon de tēporali interceptione medicinarum aſſūendarum per os taliū per primam et ſecundā medicinales virtutes Ipſe ē in omnibus aliis morbis cronicis canonice obſervandus ē Et āplius ſupmum a ſcto morbo debite valet infirmus tunc nō ulterius medicinis curativis per primam et ſecundā virtutes earū ſcarum Nec etiam aliis medicinis curativis ad hoc p dictas duas virtutes ulterius utatur Nā medicine per primam et ſecundā virtutes eorū morborū curative ſanitati ſeu corpori ſano applicate egritudinē iidem ſunt adducentes. Quoniam medicine gduales per primas et ſecundā virtutes earū tales ſūt ppter naturam virtutū talium gdualium Ideo corpori ſano applicate ſunt egritudinē pducentes. Que canonice applicate corpori egro ſunt eius curative et neutro applicate ſunt ipſius pſervative. Vero nāq; medicine graduales per tertiam et quartam virtutes earū tales corpori ſano canonice applicate ſanitatis ſūt conſervative. Egritudini aūt et neutralitati canonice applicate eedē et tertia et qrta virtutes medicinarū ipſarum ſunt morbiꝰ curative et neutralitatis pſervative. ═ Remiſſiones p medicinis ſimplicibus et ēt pticularibus compoſitis omnibus ſcis integrātibus ſeu compoſitibꝰ medicinas omnes cōpoſitas ſerioſe in iſto conſilio ſcas colligende ſūt ab auctoribus pximis infraſtis in locis ppriis medicinarū ipſarum ut pxie infra

·9· Ardore virge · &c)

Omniũ vero medicinaꝝ cõpoſitarum
ſtarum medicinas õnes ſimplices et p̃ti
culares ẽt compoſitas collige ab auctori
bus p̃ximis infraſctis. Et p̃mo iſtas me
dicinas õnes deſcriptas in ipſorum aucto
ruꝫ medicinis cõpoſitis collige in cap̃lis
coꝝ p̃priis curꝫ abſolute morboꝝ ardo
ris urine Deĩde excoriationis virge etc̃.
ut ſupra.aut ſaltẽ capitis eius ad intra.
Et p̃im in capitulis p̃priis de hoc anti
dotarioꝝ ſuoꝝ vꝫ.aliq̃s ex ipſis ſimpli
cibꝫ medicinis et ẽt p̃ticularibus compo
ſitis collige ab aliquo ſeu ab aliq̃bus au
ctoribus ipſis infraſctis et p̃prie ab auic̃
Et alias ex ipſis ſimplicibus medicinis
et compoſitis ab aliis auctoribus infraſc̃
Et ſic ſucceſſiue uſq̃ ad p̃fectam noticiã
et doctrinã ab ipſis auctoribus infraſctis
õnium medicinaꝝ ſimpliciũ et ẽt particu
larium cõpoſitaꝝ ſtarum integrantium
õnes ipſas medicinas cõpoſitas ſtas ſcri
oſe in ꝯſilio iſto cuiuſmodi auctores ipſi
ſunt. Auic̃ Serapio Aliabas Galienꝰ et
p̃prie de uirtutibus medicinaꝝ ſimpliciũ
Raſis in diuiſionibus Azaranꝰ et Raſis
in continente Ueꝝ licet iſtoꝝ auctorũ
medicine ſiue õnes compoite de q̃bus hic
proxĩe ſ̃ fit mencio triũ morboꝝ dictoꝝ
ardoris urine et excoriationis virge etc̃.
ut ſ̃.formalit̃ ſeu p̃ eaꝝ medicinaꝝ for
mas ſeu uirtutes ſint canonice abſolute
curatiue. Nihilominꝰ q̃a medicine ipe cõ
poſite auctoꝝ dictoꝝ q̃dualiter diſp̃por
tionales ſunt ſeptẽ generibus reꝝ nãliũ
et eis annexorum infirmi dictis tribus
morbis egroti aut ſaltem aliq̃bus eaꝝ re
rum Et itidem q̃dualiter diſproportio
nate ſunt tribus generibꝰ p̃ter nãm et
eis ãnexarum infirmi eiuſdẽ aut ſaltem
aliq̃bus eaꝝ rerum Tam ex ipſarum me
dicinaꝝ ſimpliciũ et ẽt p̃ticularium q̃ti
tate ipſas medicinas compoſitas auctorũ
ipſoꝝ integ̃ntiũ ſeu cõponentiũ q̃ et ex
eaꝝ deꝫ ſimpliciũ et ẽt particulariũ com
poſitaꝝ medicinaꝝ inter ſe diſproporcio
nate ad dicta 7.genera rerum nãliuꝫ di

ctarum et eis ãnexoruꝫ Et ad tria gene
ra rerum p̃ter nãm ipſarum et eis ãnexo
rum egri dicti Aut ſaltẽ aliq̃bus earum
rerum. Proinde ipſe medicine cõpoſite
auctoꝝ dictorum non formaliter hic de
ſcribũtur. Sed in iſto conſilio ca
nonice ſcrioſe deſcribuntur medicine ſim
plices et etiam compoſite particulares
ipſas compoſitas medicinas auctorum
dictoꝝ integ̃ntes ſeu componentes Et
nunc poite medicine eedem ſimplices et
ẽt particulares compoſite ſub aliis tamẽ
quãtitate et cõpoſitione medicinaꝝ ipaꝝ
in ſtis aliis medicinis õnibus compoſitis
in iſto conſilio ſcrioſe d̃ſcriptis Et cure
dictorum triũ morborum p̃portionalibꝫ
Quoniam õnes iſte compoſite medicine
in iſto conſilio ſcrioſe ſte forma q̃titate
q̃dit et compoſitione tã medicinarum cõ
poſitarum earundẽ q̃ etiam dictaruꝫ ſim
plicium medicinarum.has compoſitas me
dicinas integ̃ntium p̃portionales omẽs
ſunt dictis vii.generibus rerum nãlium
et eis ãnexoruꝫ egroti ipiꝫ Et dictis tri
bꝫ generibꝫ rerum p̃ter naturam et eis
ãnexorum egri eiuſdem. Regimen
ex nutriente ſeu cibus et potꝫ. Uinum
bibat medii coloris ſeu rubei ſeu q̃nate
ſeu goretum quod totũ eſt idem quod ui
num medii coloris. Sitq̃ uinuꝫ ipm nõ
amplioris q̃ medie uinoſitatis et meliꝫ
aliq̃liter infra uinoſitatem mediam. Sa
poris medii inter dulce et agreſteꝫ ſapo
rem. Si uero uinũ appetit tantum dul
ce tunc ipm dulcorem cuꝫ aliq̃to zucari
albiſſimi triũ coctarum reddentis uinum
ipm aliq̃l dulcedinis ſed remiſſe. Et ite
rum ſi uinuꝫ ipm non ſit tale nãliter me
dii ſaporis inter dulcem et agreſtem tũc
ipm conſtituat tale artificialiter cuꝫ ali
q̃tula parte et modica zuchari albiſſimi
dicti. Ipſumq̃ uinum ſit debite digeſtuꝫ
et non nimis nouum nec antiquum vꝫ.
non minoris etatis menſiuꝫ duorum cuꝫ
dimidio nec amplioris ãni uniꝫ. Lim
phetur uinũ ipm in eſtate ſalteꝫ ex q̃rta

parte aq̃ ſimplicis fluuialis munde et cla
re tempore uero frigido non limphetur
aut ẽt ad libitum limphetur ex ſexta p̃tẽ
aque adampliꝫ. In temporibus uero me
diis limphetur ex q̃nta parte dicte aque
Cibꝫ panis. Panis ſit ex optima fari
na boni frumenti debite cicotriconizata
ſeu burattata. Sitq̃ panis debite fermẽ
tatus et ſpongioſus et leuis factus et
bene digeſtus et debite coctus ad calidi
tatem ſiccam igneam furni Et non co
ctus in liquor̃ aliquo Et non cõedatur
in p̃ma die 24.horarum nec poſt q̃rtam
diem decoctionis ipſiꝫ. Non ponat indi
geſtum ſup̃ indigeſto õnium q̃ttuor dige
ſtionuꝫ et prope ſuper indigeſto p̃me di
geſtionis ſtomaci et conſequenter a fine
prandii uſq̃ ad p̃ncipium cene viiii.ho
ras abſtinentie a quocunq̃ nutrimento
vꝫ cibo et potu ſaltem nutritiuo inter
ponat. Comedere incipiat in prandio et
cena a pane.cum ferculo vꝫ.bolos 7.ſal
tem tres ipius ferculi cũ pane comeder̃
incipiat in ipis prandio et cena deinde
carnes cum reſidua p̃te ferculi et ẽt poſt
ferculũ ipm cõedat debite. Cõedatq̃ ſẽ
per in ipſis prandio et cena ſaltem bo
los.xii.anteq̃ bibat.deinde bibat uinum
ſuum medii coloris etc̃.ut ſ̃.ipm potum
pluries in ipſis prandio et cena p̃tiendo
ſeu diuidendo. Non comedat adãplius ni
ſi bis in die nãli.xx4.horarũ. Ieiunet
duobus diebus continuis in ſingula eb
domada vꝫ.in die veneris et ſabbati ſꝫ
loco cene cõedat ſoluꝫ.ii.℥.aut adampliꝫ
ʒ.panis Cum quo pane bibat unũ ciatuꝫ
ſui uini medii coloris ſc.℥.vi. etc̃.ut ſ̃.
Fercula. Brodetus factus ex mica panis
et toto ouo vꝫ.ex uitello cum albumĩe
eius et brodio carniũ laudabiliũ ĩfraſcri
p̃tarum eſt cõueniens ferculũ. Far ſeu far
rum ſpelte aut ẽt frumenti debite coctũ
et mixtũ cum ipſo ouo aut ẽt ad libituꝫ
non mixtũ et cocto cum brodio aliq̃rum
carniũ infraſcaruꝫ laudabiliũ deinde cõe
ſtam raꝝ et non ſpiſſum ſeu denſuꝫ con

ueniens ẽ. Panatella ex mica panis facta
cũ ouo toto et brodio etc̃.ut ſupra Amig
dalata ſeu amigdale dulces et mũde beñ
piſtate cum mica pãis et brodio mixte
iuuant itidem. Blites cum
boragine et lactuce modico abiecta p̃ma
aqua ebulitionis ipſarum ſpinachie cum
boragine itidem. Brodetus factus cum
toto ouo Cocte ſeu dicte zinzarelle facte
cum uitello oui et modico farine et ſine
albumĩe oui et cocte etc̃.ut ſ̃. Simila
frumenti ſeu granzoli cocti cum brodio
comeſti rari et non ſpiſſi. Cucurbita et
p̃prie aromatizata cum coriandro ſaltem
quãdo ꝯcocta eſt cucurbita ipſa et etiam
ſine coriandro iuuat. Ordeum excortica
tum deinde piſtatum et poſtea coctũ cuꝫ
brodio deinde exp̃ſſum per ſtamineam.
Spelta excorticata a cortice ſuo p̃mo
deinde mũda et poſtea cocta cum brodio
conueniens eſt. Amidum ſeu ptiſana ſiue
pultes amidi portulace ferculum Ptiſa
na ſeu pultes ex farina ordei excorticati
Carnes. Carnes uituli etatis
a duobus menſibus adminꝫ uſq̃ ad xiiii.
mẽſes adamplius.ſunt optimuꝫ edulium
quocunq̃ tempore anni in diebꝫ pingui
bus ſeu in q̃bus ſunt carnes comedende
Edi ſeu capreti domeſtici carnes etatis
ab uno menſe uſq̃ ad.ii.menſes adampli
us itidem ſunt optime Caſtrati annualis
uel circa carnes ſiue agni iuuenis caſtra
ti vꝫ.ſaltẽ non minoris etatis decẽ men
ſium nec maioris etatis menſium xiiii.
ſunt cibus conueniens. Capreti caſtrati
non amplioris etatis viii. menſium Ca
prioli ſiluestris iuuenis Et he carnes ſũt
conuenientes perdicũ carnes Faſianoruꝫ
Turdorum carnes q̃ñs iuniperi nõ cõe
dentium Laudaꝝ Auium paruarum mer
ſis aut ẽt in arboribus degentiũ ſeu habi
tantium paſſeribus olim taxat exceptis
Epata gallinaꝝ Anſerum et anatum et
p̃prie domeſticaꝝ ipſarum õnium trium
Supraſctas aũt carnes in prandio come
dat ſemp̃ elixas. In cena aſſatas ad libi

tum uel elixas et tantū melius elixas.
Piſces. Piſces cōedat puos tam ma-
ritimos ꝙ̄ et aq̄ dulcis fluentis vȝ. n e
nolas barbonos Anguſiglas arbores paſ
ſeres stercolas Auratas egombros ſuros
De gambarellis uero aliq̄ndo cōcedeī po
teſt ſed nō ſepe ymo raro. Piſces
aque dulcis Piſces puos petroſos aq̄
dulcis fluentis vȝ. Themalos Lucios p
uos ſtrilios Barbos puos oris coꝝ abic
ctis cauedanos paruos trutas paruas sed
tamen ipſas ualde raro sardenas piſces
paruos petroſos ut maioranos ſeu marſi
onos Oſellatas piſces et ſilces. De ōnibꝫ
d̄ctis piſcibus puis ēt in ſpē ſua cōcedere
pōt ipſis elixis in prādio et in cena aſſa
tis ſed tamē ualde raro utatur piſcibꝫ et
modicum unde non amplius ꝙ̄ ſemel in
ſingula medietate cuiuſlibet menſis.
Oleum. Oleum ſit cōe optimū ſeu tem
peratum vȝ. oleū oliuaꝝ debite matura
rum et nō putrefactaꝝ nec p̄ternālicer
inmutataꝝ unius āni tantū diafanū ſua
uis odoris et dulcis ſaporis quod idē ē
q̄ oleū eſt temperatū. Et tamen melius
eſt oleum amigdalarum dulciū non p̄ter
nāliter alterataꝝ. Oua. Oua ſor
bilia. vȝ. uitellū oui cum albumine coꝝ
tremulo cōcedeī pōt in modum lactis ſal
tem diebus in q̄bus non cōceduntur car
nes Oua fracta in aqua oua integra fri-
xa oua in fritaleis mollibus. Caſeus.
Caſeus dulcis ſeu modicum ſalſus non
maioris etatis trium menſiū et iterum
melius iunioris et amplius melius etatis
iunioris. Lac. Lac et proprie cap
nnm aliquando ymo plurics cōcedere po
teſt et meliꝰ coctum et tamen melius eſt
lac equum et hoc lac crudū uel ad libitū
coctum. Sapores. Sapores cōce
dat vȝ. uinū ḡnatorum cū aliq̄tulo zu-
charo optimo albiſſimo et cum aliq̄tulo
brodio. Agreſtam. Sucū limonū sucū
arancii. Omnia hec tria. Et de dicto uīo
ḡnatorum Et prope ōnia iſta cum dua-
bus ptibus boni brodii carnui tm̄ bene

pinguis uitello oui et cum paſſulis puis
tranſmaritimis nigris ſaltem corinthiis
Aut cum ipſarum paſſularum melle aut
cum zucharo albiſſimo trium coctatum.
Limoniam factaȝ ex ſuco Limonum et
zucharo albiſſimo et amigdalis dulcibus
excorticatis uel ex ſuco citri uel arancii
uel uino ḡnatorum et brodio aliq̄tulo
aut etiam cum dictis paſſulis uel ipaꝝ
melle aut zucharo albiſſimo ut ante.
Fructus. Fructus comedat poſt cibū
aliquando vȝ. pira cocta deinde cōcta cū
coriandris confectis ex una ſola cohoptu
ra zuchari Perſica boni ſaporis et prope
ipſa citonia pſica et melius ante cibū ex
Auic̄ ii. cano. caplo ꝓprio de perſico ſed
tamen de ōnibus modicum. Si uero uelt
de ipſis pſicis poſt cibū comedere tunc
comedat bolos tantum tres de omnibus
modicum et non ſepe. Maraſcas aliq̄n-
do ſed non crebro. Pruna etiam damaſce
na et etiam anguſtienſia nigra. Melo-
nes et proprie cū ſuis interioribꝫ Poſt
uero cibum coriandros p̄paratos deinde
confectos ut ſ. utatur ḡnis pini et adhoc
ſunt ꝓprium edulium ante cibum et ad
libitum poſt cibum. Euitanda et ꝓ-
prie generaliter talis. Coitus eſt ſumme
nociuus uinum nocet et proprie uinoſum
Omne etiam album uinoſum et non ui
noſum nocet. Frigus loci ipſius nocet
Repletio nauſeatiua maxime
nocet. Euitet omnes uuas ſiccas et
recentes Itidem et ficus omnes taȝ ſic-
cas ꝗ̄ recentes. Acetum Res uiſcoſas
Poma Legumina omnia et ꝓprie recen-
tia. Carnes porcinas et citonia itidē eui
tet. Non utatur rebus ſpiritiuis notabilit̄
ſaltem nec etiam multum ſtipticis nec
calidis notabiliter nec frigidis ſed tātū
remiſſe calis rebus. Regimen uero ex
nutriente ꝓximum ōtum ꝓportionale
ex dictis morbis ardoris et excoriatiōis
uirge et ſimul debilitati ſtomaci dictis
tbꝫ morbis copulare. Si uero debilitas
ipſa digeſtiue ſtomaci huic caſui nō adeſ

ſet tunc regimen ipſi ex nutriente frigi
dum etiam notabiliter congruū eſſet.
Anon uniuerſal in omni cura ꝓ
infirmos homines exq̄ſite obſeruandus
ut cura quolibet morboꝝ ōnium debitū
conſequatur. Quanq̄ uero ōra medi
camīa omnia uirtuti ſint familiaria ut di
ctorum triū morborum vȝ. ipſorum ar
doris urine et excoriationis uirge etc̄.
ut ſ. propa curatiua nihilominus q̄a in
morbis ōnibus et proprius nō a ſola uir
tute curabilibus ſed etiam arte curatiua
indigentibꝫ Ultrꝫ neceſſario ḡdualem.
Morbi uero ipſi uarietatem crebro ſiſ
paciuntur et neceſſario ḡdualem morbo
ipſo hoc ſumpto cōmuniter vȝ. ꝓ mor
bo proprie ſimul et cauſis et accidentibꝫ
morbi eiuſdē tam et p̄mo ab ipſoruȝ uir
tutis et morbi nālis ſeu ſolaris tēporis
fluxu ꝙ̄ et ſecundo ab eoꝝdem uirtutis
et morbi medicinaliū tempoꝝ q̄tuor de
curſu geneꝝ duoꝝ vȝ. ipſorum tempo
rum q̄tuor medicinalium actionis mor
bi in uirtutem Deinde et ſecundo actio-
nis uirtutis ipſiꝰ medietas morbum cāſ
et accidentia morbi eiuſdem Et ꝙ̄ etiam
ut tertio ab ordinato et āpliꝰ ab inordi
nato regimine ſex rerum non naturaliū
Et eiſdē rebꝫ annexorum corpori appli
cabilium Quoniā et q̄rto ab inordinato
regimine ꝙ̄ multaꝝ rerum accidentaliū
ſeu contingenti corpori applicabilium et
ꝓpriiſſime medicinalium infraſcrōꝝ ſeu
medicinarum Ideo et p̄mo pro debito iu
dicio de iſto meo caſu in termīs canoice
inteḡndo ex ſeptem generibꝫ rerum nō
naturalium et eis ānexorum Et ꝓprius
ex rebus ōnium dictoꝝ et eis ānexis ut
q̄libet et aliꝰ canonicus medicinalis caſū
in t̄minis integrandus ē et ꝓprie de fl-
xu naturalis ſeu ſolaris temporis morbi
et uirtutis Et dicto decurſu ōnium tem
porum medicinaliū geneꝝ duoꝝ dictoꝝ
Deinde et ſecunda pro canonico conſilio
applicationis dictoꝝ ſex geneꝝ reꝝ non
nāliū et eis ānexoꝝ neceſſario corpori

applicabilium tunc ōtis medicinis ōnibꝫ
et regimē ſex gen̄ū rerū nō naturaliū et
eis ānexorum et propriꝰ reꝝ ōnium di-
ctorum ſex geneꝝ et medicinis aliis qui
buſlibet ſemper utatur infirmꝰ dictꝰ iu-
dicio tantū et conſilio ſpectabiliū do-
ctorum medicoꝝ dictaȝ curaȝ agentium
Et itidem ſemp iudicio primo deinde cō
ſilio ualentiū dominoꝝ doctorum medi-
coꝝ ſcientificoꝝ et omnes alie medicina
les cure canonice pficiende. Iudicium
nāq; medicinale eſt de canonica caſu in
terminis. Cōſilium uero p̄mo eſt de uſi
canonica cura medicinali ſeu de uniuerſa
libus canonibus medicinalibꝫ particulari
bus curatiuis. Ultimo de particularibus
inſtrumentis canonicis medicinalibꝫ ſeu
medicis et regimen ōnibꝫ particl'aribus
dictis ōnes tam uniuerſales ꝙ̄ particula
res canones curatiuos ope perficientibꝫ
ſeu ipos ōnes canones ad opꝰ debitum
ſiue ad operatōnem debitam ꝓducentibꝫ
Nam medicinal' ſcientia et ars ſume ſciē
tifica ſeu ſpeculatiua ōnibꝫ aliis ſcientiis
et artibus totiꝰ uniuerſi difficilior eſt et
pericl'oſior Et ubi nanq; maius eſt peri-
culum ibi cautius agendum eſt. Ideo in
curis q̄buſlibet morborum ōnium medici
nali arte nāli idigētiū ſit ſēp p̄ſentia et
doctrina ualentium uiroꝝ dominoꝝ do
ctoꝝ medicorum curas ipiꝰ agentium ut
hic ante.

Pro Gatamelata Armigero famoſo.

¶ Contra mictū ſāguinis et dolorē calculi.

SA ſ̄ta inmediate ſcriptura cum
pluribus concluſionibus et ſerio-
ſis ꝓbatōnibus ſuis eliciitur ſū-
matim cōcluſiōes p̄ncipales inmediate in-
fraſcte vȝ. Prima cōcluſio Mictus ē
ſanguineus in modum lotura carnis q̄n
do nutrimentū tranſit ad renes et aliq̄n
eſt cum dolore et aliq̄n eſt ſine dolore

Nonus canon. Ingroſſetur ſanguis
idē. Decimus canon. Conforte-
tur uirtus digeſtiua ſtomaci debilis.
Undecimus canon. Confortetur uirtꝰ cō
tētiua renū medicinis remiſſe ſtipticis re
num tantū medic unitis et conſequentē
tantum confortatiuis et non conſtipatis
renū ipſorum.

Euacuatiuum q̄titatis et multitudinis
humorum mixtoꝝ ſanguini et proprie
ſanguis ipſius etc̄. ſi ſanguis ipſe proprie
q̄titate ad ſecuram euacuationem artificiales
trahente ſuperfluit etc̄. ut ſ. iuxta do-
ctrinā primi canōis uniuerſalis ſcti. Si reple
tio eſt ſanguis etc̄. ut hic immediate āte
tunc primo flobotomia fiat baſilice bra-
chii dextri p quāꝫ non minꝰ q̄ vi. ʒ. nec
amplius q̄ 7. ʒ. ſanguinis eueniet ad hoc
conſentiente uirtute. Iſta flobotomia ta
liter fiat ut hic ex directo ſtomaco ieiu
no in mane i ſ. hora diei prius tamen ha
bito uentris beneficio nāliter aut ſaltē
artificialiter cum enēate cōmuni aut cū
ſuppoſitorio cōi facto ex melle aut ex
lardo ſalſo et poſtea iterū bene ſalſato
aut ex radice bletis optime ſaliate Dein
de corpore exercitato ſaltem per unum
miliare Et ſi exercitium eſt ſibi diſpro
portionale quod uerīſimile eſt in hoc ca
ſu tunc loco ipſius exercicii fiant fricati
ones cum manibus ſaltem medie. primo
pedibus et cruribus uſq̄ ad genua exclu
ſiue Deinde manibus et brachiis uſq̄ ad
humeros excluſiue. Et iterū hec flobo
tomia ipſa non fiat luna exiſtente in ge-
mini nec in coniunctiōe nec in oppoſitio
ne cum ſole nec aliquo alio malo aſtrali
aſpectu p̄ſente. Et iterū hec flobotomia
ipſa taliter fiat nō p̄cedente aliq̄ alia no
tabili euacuatiōe ſāguinis nec alioꝝ humorum
indifferentē undecūq̄ Et conſequenter
ſolum uirtute ad hoc conſtante flobotomia
ipſa taliter fiat. Minoratiuū
flegmatis a ſtō et epate etc̄. ut ſ. iuxta
doctrinam ſecundi canonis generalꝰ ſcti.
℞ caſſiefiſtule electe et noniter tracte
ʒ. j. ſebeſten pulpaꝝ. ℈. iii. mirabolanoꝝ
kebuloꝝ. ʒ. j. Aque abſinthi q̄tū ſuffi
cit pro potiōe pulpe ipſe ſebeſten primo
minutim incide poſtea molātur optime ſeu
diſſoluātur optie in mortario cū piſtel-
lo et ſine igne cū alicuius ptis dicte aq̄
quantitate ſufficienti ad hoc. Ultimo oīa
ſimul miſce et fiat potō. Digeſtiuū
mē dicte et ꝓprie in mēbris ipſius etc̄.
ut ſ. in tertio canōe ſcto deſcribitur. ℞
ſirupoꝝ de abſinthio de roſis aā. ʒ. j. de
granatis tantum. ʒ. ſ. Et non oxizacare
quoniam acetū nō conuenit niſi miſceatur
bolū armeni aque cicoree. ʒ. ii. ſ. miſce.

Eradicatiuū dicte materie et ꝓprie a
dictis membris etc̄. ut in q̄rto canōe ſcto
notatur. ℞ medicamen ꝑmū minorati-
uum ſcūm cōpoſitum ex caſſiafi: etc̄. ut
ibi. Hoc uero medicamen augeatur per
q̄rtam partē medicaminis ipſius totius

Diuerſiuum a ſtomaco et ab epate et
ꝓprius a ſtomaco ad inteſtina etc̄. ut in
q̄nto canone ſcto. ℞ mirabolanoꝝ kebu
lorum citrinoꝝ. ℈. j. emblicorum. ℈. ſ.
agarici electi. ʒ. ſ. Agaricus ipſe in fru-
ſtra minuta diuiſus et non piſtatus infū
datur per horas. iii. in mellis roſati colla
ti quantitate ſufficienti ad euſdem agari
ci debitam imbibitionē ex dicto melle ro
ſato collato Deinde reliq̄ pulueriʒanda
pul. ſeorſum et diſformiter ut decet ſecū
dum canonem Et poſtea oīa ſimul debi
te incorporētur in mortario cum piſtello
et ſine igne. Ultio ex hac mixtura for-
mētur pille 7. p ro. 5.

Diuerſiuum a ſtomaco p̄meri ſeu per
uomitum. Prouocetur uomitus cū di
gito impoſito in principio meri ſeu gut-
turis. Iſte uomitus taliter prouocetur
poſt prandium p unam horam in ſingla
medietate menſis cuiuſlibꝫ tantū ſemel
ne ex uomitu multotiēs puo tempore re
iterato uirtutes ſtōaci diſꝓportionētur
Si uero medicamen congruit efficacius
tūc ꝓuocetur uomitus cū penna pluma
ta oleō acuti ſaporis intincta deinde pn
cipio meri impoſita etc̄. ut hic ante de uo
mitu cum digito. Si uero medicamē cō
gruit efficacius tunc ꝓuocetur uomitus
cū mixtura tepida cōpoſita ex aqua et a
ceto et oleo acuti ſaporis Et nō ꝓuoce-
tur cum decoctiōe raffani qm̄ eſt renum
ualde leſiua. Digeſtiuū uſuale mēꝫ
dictoꝝ in membris dictis etc̄. ut hic in
vi. canōe ſcto. ℞ aq̄rum camomille. ʒ. j.
abſinthii. ʒ. j. ſ. uini granatorum nō facti
acetum. ʒ. j. coriandroꝝ p̄paratorum. ℈.
j. ʒuchari albiſſimi trium coctarum. ʒ. j.
ſ. miſce. Solutiuum facile et uſu
ale etc̄. ut in 7. canōe ſcti. ℞ Agarici e-
lecti reubarbari electi aā. ℈. j. mirabola
noꝝ kebuloꝝ citrinorum aā. ℈. ſ. equi-
nanti. ʒ. 5. Agaricus ipſe in fruſtra minu
ta diuiſus et nō piſtatus infundatur per
horas. iii. in mellis roſati collati quanti-
tate ſufficienti etc̄. ut ſ. in alia recepta
cōpoſita ex mirabolanis chebulis citris
etc̄. ut ibi. Ultimo ex hac mixtura fiant
pille 7. Remiſſiuū male complexio-
nis calide renum etc̄. ut in 8. canōe ſcto.
℞ ſiruporum roſati facti ex optimo ʒu
charo albiſſimo trium coctaꝝ quoniam
quodlibet aliud ʒucharum calidū eſt ſal
tem in gradu ſecundo quod non conuenit
Et ita ſubſequenter intelligatur in hoc
caū de quolibet alio medicamine ʒuchara
to De portulaca. ʒ. ii. aquarum acetoſe. ʒ.
ii. Endiuie. ʒ. j. miſce etc̄. Remiſſiū
calidicatis renū ut immediate ſ. efficacia
ipſo pori immediate. ℞ ſirupoꝝ nenufa
ris roſati aā. ʒ. j. aquarum plantagīs ace
toſe aā. ʒ. j. ſ. miſce. Remiſſiuū cali
ditatis renū etc̄. ut immediate ſ. ℞ oleo
rum roſati. ʒ. ii. citonioꝝ. ʒ. j. ſuccorum
plantaginis portulace aā. ʒ. ſ. draganti
gūmi arabici aā. ʒ. ſ. ſandaloꝝ rubeorū
ʒ. ſ. boli armeni. ʒ. j. ſ. cere albe q̄tum
ſufficit ad ōnia ſimul optime coniūgendā
p ungueto molli. Pul. pul. ſeorſum et
diſformit ut decꝫ ſecūdū canonē deīn oīa
ſimul miſce Ultimo ad lenum ignē fiat
unguentum molle p renibus. Infri-
gidatiuū ſanguis et prope in renibꝰ etc̄.
ut in canōe nono ſcto. ℞ ſirupoꝝ d̄ por
tulaca. ʒ. j. de roſis. ʒ. ſ. aq̄ nenufaris. ʒ.
5. Miſce. Infrigidatiuū ſāguis et epatis
cōfortatiuū etc̄. ut immediate ſ. ℞ ſpecꝝ
Triaſādalorum. ʒ. ii. diarodon abbatis. ʒ.
5. ʒuchari albiſſimi triū coctarum. ʒ. xv.
Miſce et cum aq̄ acetoſe q̄titate ſuffici
enti ad conficiendū fiat confectio ſolida
in morſellis. iii. ʒ. pro quocūq̄ morſello
Ingroſſatiuū ſāguis etc̄. ut in canōe deci
mo ſcto. ℞ ſirupoꝝ de iniubis. ʒ. j. Ro-
ſati portulace aā. ʒ. j. ſ. aquaꝝ acetoſe
nenufaris aā. ʒ. j. ſ. miſce. Uirtutis
digeſtiue ſtōaci confortatiuum etc̄. ut in
canōe undecimo ſcto ℞ ſirupoꝝ de mē
ta. ʒ. j. ſ. roſati. ʒ. ſ. aq̄rum abſinthii a-
cetoſe. ʒ. j. Miſce. Uirtutis digeſtiue
ſtōaci cōfortatiuū etc̄. ut immediate ſupra
℞ Trociſcoꝝ d̄ abſinthio. ʒ. j. ſ. roſaꝝ
ʒ. ʒ. coriandroꝝ preparatoꝝ. ʒ. j. corallo
rum rubeoꝝ. ℈. j. Pulueriʒētur ōnia ſe-
orſum et diſformiter ut decet ſecundum
canonem deinde cum ſirupi de mirto q̄-
titate ſufficienti ad hoc ōnia ſimul optie
incorporētur in mortario cū piſtello et
ſine igne. Ultimo ex hac mixtura formē
tur pille 7. p. 5. Cōfortatiuum ſtōa-
ci etc̄. ut immediate ſ. ℞ ſpecierum arōati
ci roſati deſcriptiōe gabriel. ʒ. ii. corallo.
rube. ℈. j. coriandroꝝ preparatorum. ʒ.
j. ſ. ʒuchari albiſſimi trium coctarum. ʒ
xii. Pulueriʒanda pulueriʒentur ſeorſū
et diſformiter ut decet ſecundum canōeꝫ
ad hoc Deinde ex ōnibus ſimul mixtis
cum aque acetoſe quātitate ſufficienti ad
cōficiendum fiat cōfectio ſolida in mor-
ſellis. iii. ʒ. pro quocunq̄ morſello.

Cōfectō cōfortatiua ſtōaci etc̄. ut immedi
ate ſ. ℞ unctionis ſtōatice meliue q̄titatē
ſufficientē p ungendo ſtōacum tantum
℞ ceroti ſtōatici galieni q̄titatem ſuffi-
cientem p cerotando ſtōacum ipſum. ℞
ſaculum ſtōaticum cōpoſitū ex abſinthio
mēta roſ lābruſce floribꝰ calāo arōatico
mace cinamomo gariofilis ſpica coralis

rubes coriandris preparatis. Quantitas
õnium ꝓportiõales ſufficientes ꝑ ſaculo
ſtõatico. Puluerizentur õnia ſeorſum et
diſformiter etc̃. et fiat ſaculus forme ſeu
figure ſcutalis ſiue unius ſcuti. ℞ medi
cinaꝝ omnium inmediate d̃ctarum in di-
cto ſaculo q̃titatem ſufficientem ꝑ fom
tatione Aque ciſterne q̃tum ſufficit ad
bulliendam ſi ſufficienter medicinas iſtas
ꝑ fomentatione eadem uel ad libitū fo
mentationibus. Miſce deinde ſimul bu
liant ad mediocrem ignem uſq; ad con
ſumptionem quarte ptis dicte aq̃. In hac
d̃coctione debite calida infundatur ſpon
gia d̃inde inter duo inciſoria debite exp̃
matur poſtea taliter exp̃ſſa et debite ca
lida et pãno lineo albo ſubtili et ſimpli
ci inuoluta ſtomaco ieiuno apponatur ſe
cundū neceſſitatem. Confortatiuum
uirtutis contentiue renum medicinis tan
tum remiſſe ſtipticis et non intenſe t'li
bus etc̃. ut in canõe duodecimo d̃to nota
tur. ℞ ſiruporꝫ de mirto de roſis añ. ℥.
ſ. ſuci liquiricie. ʒ. ii. aque endiuie. ℥. ii. ra
ſure eboris. ʒ. ſ. miſce. Uirtutis con
tentiue renū cõfortatiuum etc̃. ut inme
diate ſupra. ℞ oleorꝫ citoniorꝫ. ℥. ii roſa
ti. ℥. ſ. draganti gūmi arabici añ. ℈. ſ. bo
li armeni. ʒ. ii. raſure eboris. ʒ. j. cere apu
none q̃tum ſufficit ad õnia debite cõiun
gendum pro ūguento molli puluerizan-
da puluerizẽtur ſeorſum et diſformit' ut
decet ſecund' canonem deinde õnia ſimul
miſce. Ultio fiat unguentū molle ad len
tū ignẽ frigida et ſtiptica et glutinatia
ſed remiſſe Et ꝓprie talia ualde remiſſe
glutinatia vꝫ. talia ſolū confortatiua un
gendo aliq̃liter renes ipõs et non cõſti-
pando in iſto caſū cõueniunt Et ꝓprie ꝑ
pter ꝓcliuitatem egri in calculi genera-
tionem aut ſaltem in arenoſum dolorem
ſint remiſſe talia cuiuſmodi ſunt. ĝnata
et ꝓprie muza in hoc caſu. ſucus ĝnato
rum cū coriandri puluere. Dactili cū bo-
lo armeno zacharoti itidem. Cõfecti
ones impugnatiue poſite ab Auicena in

excreatiõis ꝓprio capl'o libri eiuſdem
Et itidem cõfectio proxima infraſcta. Et
lac ouinū ad hoc eſt ꝓpum et proprie
ſuptum ſtomaco ieiuno Et poſt ipſum lac
non eſt dormiendū et iterum melius lac
ipſū ouinum cui miſceatur bolum arme-
num. et renes comeſti proprium ſunt
medicamen ad hoc videlicet.
In confortatione renū ipſorum et ꝓpe
ſi ꝑmiſceantur cum eis prohibentia renū
dillatationem. ſed non notabiliter ſtipti
ca propter ꝓcliuitatem egri in calculū
etc̃. ut ſupra. Lamina plumbi pluribꝰ fo
raminibus puis perforata ſuper dorſo ex
directo renum portata. Cõfectio re-
ſtauratiua de qua hic proxime d̃ fit men
tio. Confectio ſecundum modū con-
ſuetum etc̃. ℞ pulparꝫ tantū albarꝫ vꝫ.
ſoluꝫ alarꝫ muſculorꝫ et pectoris. capõis
ãnualis et nõ antiquoris nec iunioris mẽ
ſium ſex et nõ multum pinguis ſed tan-
tum medie pinguis Aut ad libitum pul
parum faſianorꝫ uel ꝑdicum non antiquo
rum vꝫ. non maioris etatis mẽſiū viiii.
nec minoris menſium trium. et nec nidi
ficantium nec ouantium. Aut ad libitū
pulparum caſtrati ãnualis uel circa non
minoris etatis menſiū xi. nec maioris mẽ
ſium xiii. Aut ad libituꝫ pulparꝫ edi ſeu
capreti domeſtici debite pĩguis etatis nõ
minoris uniꝰ menſis nec ãplioris menſiū
duorꝫ verꝫ pulpe ipſorum pullorum in
hoc caſu ꝑſtantiores ſunt quoniã humo-
res equant Deinde edorum ſeu capreto
rum domeſticorꝫ deinde faſianorum et ꝑ
dicum et ultio caſtratorum ipſorum lb'.
iii. Amigdalarꝫ dulcium excorticatarum
℥. ſ. fiſticorum. ℥. ii. Pinearꝫ ĝnorū mū
datorum deinde ter infuſorum in aq̃ fer
uenti Et poſt infuſioneꝫ pro q̃libet uice
extenſorum inmediate ſuꝑ panno liñoal
bo Deinde ipſa ĝna taliter extẽſa inme
diate poſtea inmediate cohopiantur uno
alio pãno lineo Ultimo ipſa taliter coho
pta et extenſa inmediate inter dictos du
os pãnos et exp̃mantur aliq̃liter ita ut



olei generetas ſtõci leſiua ab eis abſtrahat
anteq̃ ĝna ipſa frigeſcãt. ℥. iii. ſiſami ĝno
rum. ℥. ſ. Seminū coīum q̃tuor maiorꝫ
frigidorum. ʒ. iii. draganti gūmi arabici
añ. ʒ. ſ. ſpẽrum aromatici roſati deſcript
gabriel'. ʒ. vi. Raſure eboris. ʒ. iii. electu
arii regum. ʒ. ʒ. diadraganti frigidi nico
lai. ℥. v. penidiarum. ℥. vi. zuchari albiſſi
mi trium coctarum q̃tum ſufficit ad con
ficiendum ita ut cõfectio ipſa ſit guſtui
ualde delectabilis. Pullus ſeu capo ipſe
aut ad libitum aliq̃ aliaruꝫ carniū hic an
te ſcriptarum d̃coquantur debite et tam̃
non multuꝫ decoquãtur deinde ipſius ca
ponis pulpe tantū albe alarꝫ muſculoruꝫ
et pectoris caponis aut ad libitū carniū
aliarꝫ minutim cum cultello incidantur
et non piſtẽtur nec ſucus earꝫ ſubſtanti
ficus ab ipſis abiiciatur poſtea molantur
et triturentur optime deinde puluerizan
da pul. debite et reliqua non puluerizã
da molantur ut dicte pulpe caponis ipſis
poſtea electuariū ipſum diadragantuꝫ et
zucharꝫ dicta addãtur dictis pulpis tali
ter multis Deinde ipſa ſimul mixta cuꝫ
ſirupi roſati quantitate ſufficienti ad len
tum ignem optime incorporentur et po
ſtea iſti mixture depoſite ab igne dicte
ſpẽs addantur et õnia optime ſimul in-
corporẽtur ſeu infundantur. Ultimo ex
tota iſta mixtura fiat confectio ſolida in
morſellis. iii. ʒ. ꝑ quocũq; morſello. Su
praſcarum uero quarūlibet compoſitarū
q̃ ſimpliciū medicinarum medicinas oẽs
ſimplices collige tales et ꝓprie a medici
nalibus auctoribus ut hic infra ꝓxime
notandis in eorꝫ capl'is Rubricarum ſeu
titulorum õnium morborꝫ deſcriptorum
in tota dicta ſcriptura in principio d̃ta
vꝫ. in eorꝫ capl'is rubricarū ſeu titulorꝫ
curarum male cõplexionis calide renum
dilatationis ipõrum malarum cõplexio-
num digeſtiuaruꝫ ſtomaci epatis lapidis
renum ꝑſentis Aut ſaltem ꝑſeruationis
a futuro lapide et ꝑtim ſed tamen ſecū
dum minus in capl'is eorꝫ ꝓpiis libroruꝫ

ſuorꝫ de ſimplicibus auctorꝫ uiq̃ ipſoruꝫ
ſp̃aliuꝫ ad hoc de q̃bus hic ꝓxime ſupra
generalis fit mentio vꝫ. Auicenne Ga-
lieni Serapionis Raſis in breuiario et
additioībus ſuis Aliabatis Cõtinẽtis ra
ſis et Azarini Quibus ẽt auctoribus õ-
nibus plures alii auctores in medicis õ-
nibus ſimplicibus d̃tis explicite ad hoc
coīcant. Quantū uero in morbo quo
libet medicinali arte curatiua neceſſario
indigente uirtus ſeu uirtutis ſeu uirtutū
potentia corporis cuiuſlibet egri uarieta
tem neceſſario patitur ĝdualeꝫ. Morbo
uero quilibet ſeu potẽtia eius uarietata
tem crebro formaleꝫ ſimul patitur et ne
ceſſario ĝdualem tam ex ipõrum uirtu-
tis et morbi cuiuſlibet phiſicorꝫ ſeu nāli
um temporꝫ fluxu q̃ ex eorꝫdem uirtu-
tis et morbi medicinaliū temporꝫ decur
ſu et q̃ etiam et terio exordinato et tam̃
ualde pluries in ordinato regimine ſex
rerꝫ non naturalium et rebus eiſdem an
nexarum in morbo ipſo quolibet neceſſa
rio corpori applicatarum et iterꝫ et q̃rto
loco ſeu ex q̃rta cauſa q̃ ẽt ex uſu rerūꝫ
accidentaliter et corpori vꝫ. medicinarꝫ
cõuenient et ualde multocies in morbo
quolibet incõuenient applicatarꝫ. Proin
de d̃tis medicinis aliis q̃buſlibet utatur
infirmus ſolum iudicio et cõſilio ſpecta-
bilium et circūſpectorꝫ domi. orum do-
ctorꝫ medicorum celeberrimorꝫ d̃te pre
ſentium et ipſam diligenter ꝑficientiuꝫ.

Contra Lapidem in Ueſica.
Caſus in terminis.

MOrbus proprie fuit lapis ueſice
qui eſt morbus in uiero addito
cronicus multū vꝫ. tempore in-
fantie alio lapide ꝓcedente corporis eta
tis fortitudinis ſeu finis adoleſcẽtie pre
habitudis naturalis medie ſexus uirilis
artis ciuilis ſed in aucupando equeſtris
exercitii laborioſi regionis medii anni
hore ꝑſentis hyemalis uirtutū õnium nã

liū ē̄t nitalium et ſaltem nutritiuū ał
nutritiuarū bene cōſtantium uirtutibus
ſtomaci et epatis digeſtiua reni expulſiua
que expulſiua eſt inteſtinorum et ueſice
ōnibus his dūtaxat exceptis cuius cor-
poris nālis complexio totius aliq̄liter ca
lida colerica et renum et ueſice et ampli
us epatis adhuc lapſa ſtomaci uero com-
plexio frigida eſt et humida aliqualiter
Accidentia dicto morbo ſeu lapidi in ue
ſica cōiuncta curam ad ſe trahentia ſunt
duo diſſuria que difficultas mingendi q̄
eſt mictus modicus et credo impotentia
retinendi urinam cum urinali intenſo ap
petitu Accidentia ipm morbum cōcomi-
tantia prudo in pectine et pitoncon dif
ficultas mingendi quia non ſine magna
et notabili compiſſione Accidentia ipſius
morbū ſequentia dolor intenſus in uirga
pectine et proprie in mictu impoten
tia mingendi aut ſaltem difficultas hora
neceſſitatis exitus egeſtionis ſeu inteſti
ni recti etc̄. Ardor urine excoriatio uir-
ge excoriatio ueſice in collo excoriatio
fundi uel corporis ueſice. Cauſe lapi
dis ueſice morbi ſ̄ti. cauſe coniūcte. Pri-
ma arenule miſte ex una parte flegmatis
crudi et mucillagioſi et ꝑprie mucillagi
noſi diu et p̄ternāliter in ueſica reten-
toꝝ ibidem generate ſicut dicti morbi et
lapidis p̄tialis cā mālis. Secunda fleg
matum crudoꝝ dictoꝝ in ueſica crudi et
mucillaginoſi et ꝑprie mucillaginoſi ps
altera dictas arenulas in ſe copulans
et inuiſcans. Eſt dicti lapidis pars altera
mālis. Tertia caliditas intenſa ueſice di
ctas arenulas cum pre dictoꝝ flegmatuꝫ
congerens. Ultimo totum taliter digeſtū
in lapidem tranſmutans dicti lapidis eſt
cauſa efficiens imo et ſola caliditas tem
perata ueſice ſufficiens eſt ex ipſis fleg
matibus taliter diu retentis arenulas et
tādē lapidē generare. Quāto autē magis
caliditas itēſa Cāe añcdētes Prīa debili
tas expulſiue uirtuē ueſi e dictas arnulas
ac dicta flegmata ab ipſa ueſica expellerē
ad extra in dicto tempore nō ualēns p-
pter q̄ am arenule et flegmata dicta diu
et p̄ternāliter retinētur. Secunda dictio
rum flegmatum a ſtomaco et epate ad re
nes et tandem ad ueſicam a renibus p̄ci
pitatio ex q̄bꝫ talit̄ diu retentis ut ex
materia arenule et lapides generātur.
Tertia attenuatoria uie colli oppilatio
Cauſe ātecedentes dictaꝝ cāuſarum antece
dentium. Prima caliditas et humiditas
ueſice ſuperflua dictam expulſiuam eiuſdē
debilēꝫ taliter et inequaliter debilitātes
Secunda inteſtinorūꝫ expulſiue de
bilitas dicta flegmata non ſufficienter
educens qua d̄bilitata ipſa flegmata a ſto
maco p̄ corruptam et ab epate per dimi
nutam digeſtionem genita a ſtomaco
in epate et ambo ab epate in renes p̄cipi
tantia tandem ab ipſis renibus in ueſicaꝫ
decidantur inteſtinis dicta flegmata non
debite purgātibus a dictis membris.
Tertia uenarum meſaraicarum ab epate
inteſtinis opilatio etc̄. quarē flegmata tā
in epate q̄ in ſtomaco genita ad renes p̄
cipitātia in ueſicam ab eis effluunt. q̄rta
cauſa ē ex generatōe. ſ. d̄bilitas informa
tiue uirtutis colli ueſice uel eius mate-
rie generatiue q̄titas diminuta qua d̄bili
tata uł mē diminute ipſa uia colli taliter
ſtricta a generante generatur Et ita eiuſ
dem colli oppilatio attenuatoria a gene-
ratione p̄ducitur aut cauſa ex tempore
talis ipſam taliter cohortans et ſibi atte
nuatoriam opilationem p̄ducens.
Cauſe p̄mitiue Pr̄ia inordinatū regimē ſex
rerum nō nālium et eis annexoꝝ q̄tita-
te peccantium quo in ſtomaco per corru-
ptam digeſtionem et in epate p̄ualde di-
minutam dicta flegmata generantur. Et
ſi dictum regimen ſit ſex rerum calidaꝝ
et frigidarum. Secunda uſus nutri
entium exercicii quietis et eis ānexoruꝫ
qualitate peccantium ōnium intenſe in-
frigidantiū dictas cōplexiones frigidas
nāles ſtomaci et inteſtinoꝝ ad frigidita
tem intenſiorem tendentiū ex q̄ uł q̄bꝫ
frigidis complexionibꝫ membroꝝ dicto
ruꝫ in ſtomaco et epate dicte materie ge
nerantur. Cura uniuerſalis dicti
lapidis ueſice. Canones curatiui.
Primus. Regimen in ſex rebus nō nāli
bꝫ ſic qualitate calefactiū ſubtiliatiū et a
peritiuū in oibus ipſis tamē leuiter.
Quātitate uero ſic dictū regim̄ ut i pro-
priis capitulis dicetur inferius. Se
cundꝫ. Euentus materie cōes ſuper-
flue in uſis ductuū membrorum nāliuꝫ
ſcilꝫ feces ab inteſtinis urina cum fun
do ſuo a ueſica et flegmata a ſtomaco et
inteſtinis medicinis lenitiuis et lauatis
ut bibitis et ſuppoſitis et potionibꝫ di
ſteribus. Tertius canon. Minoren
tur uentris ſolutione antecedentes cauſe
et ꝑprie materie dicti lapidis ueſice a
dictis membris in q̄bus uigent ſicut hu
mores aduſti propꝰ tamen mucillagioſi
q̄ cruda et amplꝰ a uaſis totius uenis
et potius ab epate medicinis bibitis et
leuibus ſolutiuis et propriis ad hoc per
tertiam et q̄rtam uirtutes earum.
Quartꝰ canon. Digerantur dicte ma
